

Tractatus de nõ mutan-
do Paschate: ꝛ contra ser-
uile pecus Iudeoꝝ Acu-
leus a magistro Cypriano
Beneti doctore Parisieñ.
nuperrime editus.

¶ Ad Sanctissimũ dñm nostrum dñm Leonem. X. Pont. Max. Cyprianus Beneti ordinis Predicatorũ/in sacra Theolog. Doctor Parisieñ. perpetuam foelicitatem.

Tam etsi Pater Beatissime uerum beati Petri successorẽ te sancta confitet̃ Ecclesia: meritisq; laudibus prosequat̃: tamen ob singularem tuã pietatem munificẽtiã/ceterasq; uirtutes/praecipue ob imensam pacis concordiaeq; obseruantiã/tum erga omnes/tum erga sanctã matrem Ecclĩam uerissimũ Christi Iesu Vicariũ/ac Deũ in terris cuncti & credũt/& concordi uoce praedicant. Nec iniuria quidem: nam quid est: quod Principem melius praedicet/q̃ quietus Populus/concors Senatus/ & tota Respub. morũ honestate petita? Cum deceat Pont. apicis curam generalitatis cu stodire concordiã: quae ad gubernantis laudem trahitur/ si ab omnibus Pax ametur: Cuius nomen dulce est: & ipsa res salutaris. Quandoquidẽ ea duce cũcta subsistunt: parua crescunt: maxima uel augentur: uel perpetuo conseruant̃. Quam studiose amplectimur: ut a natura nobis insitam/ac relictã a Christo dicente: Pacem meã do uobis/pacem meam relinquo uobis. Propter quod a sancta matre Ecclesia in missarũ cele bratione assidue canit̃: Agnus dei dona nobis pacem. In cuius signũ dei filius naturam humanã assumens sui oris osculo Ecclesiã deosculando mystice deo patri nos reconciliãs. illud Can. primo in ipsius Ecclĩae per-

sona tũc compleuit/ubi : Osculetur me osculo oris tui Christo Iesu sponso ait. Inde est q in missis/& reconciliationibus/fœderibusq/& nuptiaꝝ uinculo osculũ datur. Cuius inq̃ Pacis te Pater Beatissime optimũ & obseruatorẽ & cultorẽ fuisse : etiã dum in minoribus ageres: nemo est qui nesciat. Grauissimas enĩ erũnas potius perpeti maluisti/ q̃ eius fines aliquo modo prę terire. Quamobrem Christus te ita pium/paciq dedi tum ob suæ Ecclesiæ tranquillitatẽ merito eiusdẽ Pastorem/conseruatorẽq elegit & cõstituit. Quod olim in Iudicibus Israel deum ipsum in Machabeoꝝ libris obseruasse legimus. Ioseph enim dum fidelis inuẽtus est/ & reputatũ est ei ad iustitiã : quiq tpe suæ angustiæ dei mandatũ custodiret / Aegipti dñs factus est. Alius dũ implet uerbũ/factus est Dux Israel. Caleph dum testificat in Ecclesia accępit hæreditatẽ. Dauid in sua humilitate & misericordia sedem Regni consecutus est. Daniel in simplicitate liberatus est de ore Leonũ. Helias dum zelat pacem/& zelũ dei/in cœlũ receptus est. Idq in Sanctitate tua indies magis magisq cõprobatur/ & re ita esse cognoscit : cũ ab ea nihil prętermittatur:quod ad maloꝝ morũ emendationem:totiusq Ecclesiæ cultum & incrementũ/cunctorumq fideliũ quietem/ pacemq futurũ sit. Cuius rei uel ipse maxime testis sum:dum superioribus diebus ad Sanctitatẽ tuã me contulissem : ubi de ingenuarũ artium studiis:deq huius almę Vrbis Gymnasio:qđ Sãctitas tua suscitare & erigere maximopere satagit:

multus sermo habitus est. Tandem Beatitudo tua ad Calendarii/& ad Paschatis materiã euasit: multaq; super ea re ad Christifidelium pacem pertinentia dicta sunt. Demum eadem Sanctitas tua mihi iniunxit: ut quid de eo sentirem/lřis mandarem: cum quidã sane eruditi uiri multa subtiliter/copioseq; scripserint: conenturq; inueteratã/& tot sęculis comprobarã consuetudinẽ penitus cõmutare. Ego aũt cupiens tuæ Beatitudini parere/& sanctæ matris Ecclesię cõmoditati/& paci prospicere: inde digredietis/quanta potui celeritate: quę circũferũtur dictorꝶ scripta studiose perlegi: ut si qua/ uel falsa/ uel in orthodoxã fidem scãdalum inducentia inuenirẽtur/ea & notarem/& pro uiribus refellerem. Quod spero me ex sententia consecutum fuisse: uel saltem Sanctitati tuæ morem gessisse. Omnia tamen & singula tam coniunctim / q̃ diuisim humilius q̃ dici/aut conspici possit/tam Sanctitatis tuę/ q̃ Reuerendissimorꝶ dñorꝶ Cardinaliũ/ac totius Lateraneñ. Cõcilii determinationi/ & correctioni penitus submitto: Eorumq; omniũ in te Pater Beatissime primũ iacio fundamentũ/a beato edoctus Paulo/ dicẽte prima ad Corin. Capitulo tertio: Vt sapiens Architector fundamentũ posui. Quandoquidẽ prædecessori tuo/& tibi in eo summus opifex Christus singulariter loquẽs dixerit: Ego dico tibi Petre/quia tu es Petrus: & super hãc petrã edificabo Ecclĩam meã. Quod uerbum pertractans diuus Hieronymus in Cõmentario ita inquit: Tu mihi dixisti: Tu es Christus filius dei

uiui: Et ego dico tibi sermone nō casso/ & nullū opus habente: Sed dico tibi/quia meum dixisse/fecisse est: quia tu es Petrus. Sicut enim lumen Apostolis donauit/ut lumen mūdi appellaretur/& cætera quæ a dnō dicta sunt uocabula: ita & Simoni/qui credebat in petram Christū/Petræ largitus est nomen: ac secundum Metaphoram Petræ recte dicitur ei/Edificabo Ecclesiam meā. Hæc ille. Et Maximus in sermone quodam Apostolorum: Paulus aūt edocuit: Petra aūt erat Christus: ita per Christū Petrus factus est Petra: dn̄o prædicta uerba loquente. Et Leo ille sanctissimus/ Sanctitatis tuæ prædecessor de Petri fide quodam quoq; in sermone dixit/eam tanta soliditate munitā: ut nec hæretica unq̄ corrūpere prauitas: nec pagana potuerit supare perfidia. Petrus inq̄ (Ambrosio teste) primus in nationibus fecit fidei fundamentū: primusq; post Christi ascensum/ magnā Iudeorum & Gentiliū multitudinem prædicatione sua conuertit. Ait Anacletus & Theophilus ad eundē: Hoc enim decet te/qui robur es/ & petra / quia tibi dixit: Ego pro te orabo/ ne deficiat fides tua: Tu aliquando conuersus/ confirma fratres tuos. Idem Augustinus / & Damascenus/ aliiq; sancti & catholici sup Christi uerbis aperte demonstrarūt. Noster quoq; Cyprianus martyr gloriosissimus ait: Qui Cathedrā Petri deserit: super quam fundata est Ecclesia/in Ecclesia esse non confidat. Et præfatus Leo beatissimus in suæ ordinationis sermone præmissa Christi uerba assumens inquit: Ego dico

tibi/hoc est/ Sicut tibi Pater meus manifestauit diui nitatem meã/ita & ego notam facio tibi excellentiam tuam: quia tu es Petrus:Cũ ergo sim inuiolabilis Petra/ego lapis angularis: qui facio unũ fundamẽtum: præter quod nemo potest ponere aliud: tu quoq; poteris: quia cũ uirtute consolideris: ut quę in potestate sunt propria/ sint tibi mecũ participatione cõmunia: Et super hanc petram edificabo Ecclesiã meã: & portæ inferi nõ præualebunt aduersus eam. Super hanc inquit fortitudinẽ ęternũ constituã templum: & Ecclesiæ meæ cœlo insetendo sublimitas in huius fidei firmitate consurget. Hæc ille. Qui me etiã docuit in te Leone Pont. Max. meũ primũ firmare fundamentum; in quo nostri huius opusculi intentio nititur & recumbit. Et si forte dictis scriptisue meis aliquo modo occurri posset: mentem tamen integram sincerãq; unq̃ redarguet nemo. Consurgãt quantæcũq; procellæ/quæuis tempestas urgeat: nunq̃ a Petri Nauicula mente deuius siam: Verũ in ea firmiter & secure conquiescã. Itaq; Pater Beatissime supplex oro/obsecroq; Sanctitatẽ tuã/ ut in hoc ponat ptes meas iuxta se/& cuiusuis manus pugnet cõtra me: uincẽdi timor procul aberit. Cui fundamento/protestationibusq; præmissis/hmõi nostra inhęrẽtia in lucem/ & ad Sanctitatis tuæ manus prodire placuit. Eisdemq;(altissimo fauente)pro uiribus semper tueri conabimur. Valeat S. tua: cui omnipotens deus/& in hoc/& in cęteris ad sanctæ matris Ecclesiæ pacem /exaltationem/ incre-

mentumq; pertinentibus suæ dextræ robur / & constantiam præstet.

¶Argumentũ totius operis.

QVanq̃ sacrosanctũ Pascha nostrum ob Redemptoris nostri Iesu xp̃i gloriosum Triumphum / & dominicã Resurrectionem / die quoq; Dominica (sicut recolimus) sit celebrandum / sancti Patres rectissime statuerint. Nihilominus hac nostra tempestate ad Lunę motum & intercalationẽ / ipsum intercalandũ & ĩmutandũ necessarium esse quidam Astrologoꝝ per uaria scripta probare nitunt̃. Quod equidem militantis Ecclesię unitati / paci / & soliditati aperte repugnare (opitulante dño) insinuare temptabimus: ac propter remedii impossibilitatem grãdemue difficultatem error si contigerit ille tollerandus potius sit / q̃ tollendus ostenditur. Et tandem seruile Iudeoꝝ pecus iuste incutientes / ut aduersus nos erigi non possit / ad ipsum stimulandum Lector aculeum habes / pia / atq; ad Astrologos hortamenta.

¶TRACTATVS DE NON MVTANDO PASCHATE: ET CONTRA SERVILE PECVS IVDEORVM ACVLEVS: A MAGISTRO CYPRIANO BENETI DOCTORE PARISIENSI NVPERRIME EDITVS

¶Sancti Spiritus assit nobis gratia.

¶Sequitur fundamenta quędã ad laudem & gloriã Sacrosanctæ uniuersalis Ecclesiæ: in quibus ostenditur in primis/ Non esse nostrũ nosse tempora uel momenta; nec syderũ naturam: aut qualitates.

¶Fundamentũ Primũ.

Licet Lunæ & Solis motus cõmunes sensu percipiantur: tamen cœlestiũ orbiũ & Planetarꝝ nomina/numerus/ & discursus/puncta/minuta/gradus & hmõi minime intelligunť: & ideo intellectũ a sensu capiētem originē & rationē sepe errare & falli contingit. A sensu quoq; omnes scientias humanitus inuentas/ rebusq; sensibilibus ab eo quod sunt/ uel non sunt/nasci & oriri in Posteriorꝝ libro Arist. pulchre insinuat: & nil deuenire posse ad intellectũ/nisi prius in sensu fuerit. Idem in libris de Anima testatur: ac apertum quasi experimentũ est. Sed & profecta in persona diuinæ ꝓuidentiæ sic loqť Ec.xxiiii. Gyrũ cęli circuiui sola/ & nõ erat uir mecũ. Sola inqt/excludēs ad hoc cuiusuis creaturę potestatem. Et Psal.cxlix. Qui

numerat multitudinẽ ſtellarꝝ: & eis oĩbus noĩa uocat. Qđ ſolius dei attributum eſt: ſicut iſtud Exo. iii. Qui eſt miſit me ad uos deus Prophete: quẽ mittebat/dixit. Et propterea dixit: Qui numerat multitudinẽ zõ. Et Chriſtũ in Actibus Aploꝝ Primo cap. Qui primitias gentiũ gerunt/futurũ ab ipſo inquirentibus tp̃s: ſimpliciter reſpondiſſe legimus dictũ diuinũ/ qđ pro Themate aſſumpſimus/uidelicet: Nõ eſt ueſtrũ noſſe tempora/ uel momenta (quæ perfecte intelligebat/ finxit ſe neſcire/ſubiungens) quæ Pater poſuit in poteſtate ſua: Vbi tpa & momenta deſcribũtur/& formaliter ſtant / atq; ad hæc cœleſtiũ imaginamenta q̃uis deo & inſint per ſe nota firmiterq; credenda: ſic tñ uel ſic gradus ipſoꝝ/ & puncta/ & momenta dinumerari debere aut poſſe: ſacræ ſcripturæ cũ nulla nos impellat auctoritas; nec minus ratio inſolubilis nos cõſtringat Ariſt. ipam in libris de Cęlo/nec Metheoroꝝ/Probleumatũq; minus deſcripſiſſe uideamus. Sintq; auctoritates expreſſę in contrariũ / oppoſitũ magis pro nũc eſt tenendũ illoꝝ quæ quidã ſcripſere (etiã ſi probleumatice dicta fuerit). Haud ĩmerito: quoniã ſicut oculus Noctuæ ſe habet ad lumen Solis: ſic ad manifeſtiſſima naturę in ſe illa cœleſtiũ orbiũ ſtellarumq; curſus & momenta ſe habet noſter intellectus. Ariſt. tradidit Primo Phi. Temporꝝ quidẽ nec intueri pñt motus: nec puncta: nec in ea aciem mentis configere poteſt homo: ac minutarũ/punctorumq; intra ſperas ipſas/graduũq; illoꝝ quæ contingũt/quis quæſo: niſi

ille solus/qui imensus est poterit mensurare? Quare de tempoꝝ natura/quæ motuũ omniũ principiũ existit/materiaqꝫ zc· inter Philosophos & doctores fidei diuersa admodũ inuenitur opinionũ uarietas· Anaxagoras enim(ut Augustinus refert in libro de Ciuitate dei)factus est reus apud Athenień·quia dixit Solem esse lapidem ardentẽ/negans utiqꝫ ipsum esse uel deũ / uel aliquid animatũ· Platonici uero posuerunt corpa cœlestia animata· Et Damascenus dixit in lib· secũdo:Nullus animatos cœlos/uel luminaria existimet:inanimati enĩ sunt/& insensibiles· Origenes enĩ ut testatur beatus Tho·in prima pte·q·lxx·ar·iii· posuit ecõuerso animatos esse cœlos·Hiero·etiam idem sentire uidet/exponens illud Ecclesiastici primo:Lustrans uniuersa per circuitũ pergit spiritus· Basilius uero dicit/nõ esse animata corpa cœlestia·August·uero sub dubio derelinquit/in neutrã partem declinans ut patet in secũdo sup Gene·ad lrãm:& in Anchi·ubi dicit/ꝙ si sint animata corpa cœlestia pertinẽt ad societatẽ Angeloꝝ eoꝝ animæ· Et Ptholo·dicit Solem & Lunã non esse Planetas fixas in speciis: sed habent motũ seorsum a motu speraꝝ: & extũc motus grisso: quod nõ ideo dicit/ꝙ deus posuit ea in firmamento: sed quia iusserit ut ibi essent sicut posuit hominem in paradiso / ut ibi esset· Arist· uero ponit Stellas fixas esse in speris seu orbibus/ & non mouentur nisi motu orbiũ·Aliqui uero posuerũt ꝙ luminaria scdm speciẽ essent necessario diuersa/& unumquodqꝫ erat ex tota

sua materia: quæ uidetur falsa & uana aliquibus/& principiũ erroris/& occasio fuit ponendi omnibus in hominibus animã unicã cum Auerroy: quod merito nuper sacrum per Conciliũ Lateranen. damnatũ est: atq; ad unũ Saturni gradũ solum uita euiusuis non sufficiat hominis. Vnde Aug. lib. lxxxiii. q. Q đ pulchre dñs meus Reuerendissimus Cardinalis Hadrianus in suo aureo ope de uera Philosophia refert: Cum multa Astrologos prędixisse dicatur; uera ideo fit/q̃a nõ tenent homines memoriã falsitatis/errorescp illoꝝ sed nõ intẽti in ea: quæ illoꝝ responsis prouenerũt: & quæ nõ prouenerũt obliuiscũtur: & ea certe memorantur: quæ nõ arte illa/quę nulla est: sed quadam rerum forte contingunt/ q̃ si peritię eoꝝ uolunt tribuere/dicant artificiose diuinare: Hæc ille. Et idem de ordine disciplinę Astroꝝ Iudices/ qui occulta reuelare conãtur/& aliis nũciate futura/ sibi uero nesciunt prouidere: Hæc ille. Vnde propositũ Thema recte concludit̃ Nõ esse nostrũ nosse tpa aut momenta: quę Pater posuit in potestate sua/loco & capite supius allegatis.

¶ Ea quæ sequũtur ex Primo fundamẽto.

¶ Si sacramẽti Paschatis celebre festũ iuxta quorũdã scripta per corpoꝝ cœlestiũ supputationes & momenta ĩmutari contingat/diuina maiestas dei: cuius istud scire & mensurare propriũ est/grauiter offenditur.

¶ Supputari posse minutas & momenta Planetarũ naturaliter absq; errorum multoꝝ intermixtione est impossibile.

¶ Perplexũ est admodũ cum causaꝝ cœlestiũ aperta ambiguitate & dubio motus & effectus ipoꝝ cognoscere: ad quoꝝ intelligentiã/ causaꝝ ipsaꝝ requirat̃ cognitio: teste Philo. in primo Pred. & primo Phi.

¶ Si cuiusdã dimensionibus & minutiis tota Ecclesia uniuersalis obuoluat̃/ maxima inde confusio orietur.

¶ Pascha per iuniores reuolutiones & hmõi supputationes inuestigans/ aperte beato Augustino contradicit/ quod notius fiet infra.

¶ Sequitur Secũdum fundamentũ de fallaci arte Calculatoꝝ/ & ꝙ Araneis comparant̃.

ARtem calculatoriã cito ducere in errorẽ eos: qui maxime circa mensuras syderũ & Planetarum uersantur constabit: qui inenarrabili cũ animi uehementia perscrutãtes inter Saturnias illas minutias & puncta sic sese obuoluũt/ ut pulli gallinarũ inter subtilem lini stupã cõuolitare uideant̃: & interdũ texere potius ad Aranearũ instar/ diuo Ambrosio uisi sunt: qui & in Exametro ait: Qui ualidiores estis cũ uideatis Mathematicos discite/ Telã Araneaꝝ texunt: quę nec usum aliquẽ possunt habere: nec uincula A pręfato dño nostro Reuerendissimo/ ubi supra exprẽssum. Et rursus ibidem August. & Ambro. ait enĩ in conf. August. Manicheus cũ de cœlo/ ac stellis/ & de locis eoꝝ/ ac Lunæ motibus falsa dixisse depræhenderet̃; ꝗuis ad doctrinã religionis ista non pertineat/ tamen

ausus eius sacrilegos fuisse satis cõstat. Et Ambro. in Exametto contra Mathematicos punctorum graduumque supputatores. Vnde cũ impossibile sit ait/ tam subtiles minutas temporis cõprehendere. Exigua aũt imutatio inducat uniuersitatẽ errorum / totum negotiũ plenũ est uanitatis: Hęc ille. Nouit ille qui in altissimis habitat/ & tronus eius in colũna nubis. Timens igitur ne in puncto aut in minuta in baratrũ erroris inciderem. Inde inter has Saturnias minutas: quas minutarum effigies / & puncta noua inter Calendaria transfiguratas conspicias: Nostrũ enim non est nosse tempora uel momenta: quia patet posuit in potestate sua The.

¶ Ea quę sequũtur ex Secũdo fundamẽto.

¶ Ponere totius Ecclesię ordinem antiquissimũ/antiquissimaque & laudabili cõsuetudine approbatũ/ & iudicio eorum subiicere: qui telas Aranearum tantũmodo texere uidentur/magnũ periculũ est.

¶ Credens se scire naturaliter posse ea de temporibus & momentis tpis / quæ Saluator suis Apostolis inhibuit/in errore existit: nisi ex speciali dei reuelatione id fuerit demonstratũ sibi.

¶ Hanc Saluatoris auctoritatem / Non est uestrum nosse &c. solum de die Iudicii dictã fore exponentes errarent/& a sensu illius alieni efficerentur.

¶ Conuersum ad fidem Mathematicum/pulchre reprehendit Augustinus.

¶ Huiusmodi momenta temporis & minutas si quis

asserit posse Astrologico discursu cōprehendi/aperte sancto Ambrosio contradicit.

Idem facit/qui dicit totū supputatorꝫ huius negocium nō esse plenū uanitatis.

Sequitur Tertiū fundamentū/ꝙ morū diuersitates ex impressione cœlorꝫ nō sint.

IN nullo homine pticulari per impressiones Solis aut Lunæ/seu quorumcūqꝫ sydeꝛꝫ causat necessa rio diuersitas morū/quod incidentaliter apponimus. Nam ea quæ creata sunt in ministeriū hominis/ non prædominātur ei in regimine & uirtute. Sol enim & Luna(ut ait Propheta Deuterono.iiii.cap.)& omnia astra cœli creauit deus in ministeriū cūctis gentibus: quæ sub cœlo sunt. Atqꝫ ipse Ptho.dicit/ꝙ trite in cōmuni habetur adagio: Vir sapiens dñabitur astris. Nā dato isto maximo inconuenienti/maximos inde sequi errores necesse foret: quoniā omnes de necessitate essent simpliciter boni uel mali; & sic lege liberi arbitrii in totū obmissa/ nullatenus meritū nullū demeritū esset/nulla rursus gloria/ nullaqꝫ malis pœna daretur:nec gratia locū haberet; omnis honestas morum per hmōi errorem prejuditiū pateretur/ & hominis ultimus finis deperderet:quod impossibile est/& cōtra fidei fundamentū:nisi contingeret fortassis dispositiue/seu de per accidens:Effectiue nusq̄/quod nō nulli cōtra fidem/ & ꝓpriæ salutis imemores dogma

tizare contēdūt / dum culpa peccantis in sydera refunduntur uel mala / & cum tali malefacīedi licentia prohdolor ad colendū sydera incuruant. Iste est finis huius prauitatis / & pessimi erroris. Patet hoc etiā esse ex cōmertio diaboli se ab hominibus adorari instigātis: qui aliquos seduxit: ut Christū crederent ex cōstellatione etiā facere miracula / & esse natum / ac ad ea & passionem suā / & cęnam / tempus / & horas obseruasse: quasi timens ante tempus determinatū a diuina prouidentia / a Iudeis interfici: Sed de his magis inferius dicetur: Sensibili quoq; tepugnat experientia. In eadem eni constellatione conceptos & natos Gemellos uidemus utiq; diuersificari in moribus / & euentibus / & naturalibus proprietatibus: Quod manifestum in Iacob / & Esau intelligimus / & in multis aliis: qui in his omnibus fore & fuisse diuersos agnouimus. In ea dem constellatione / & filius Regis / & filius Rustici nascitur fœmina / & masculus / in his minime cōicantes. Grego. in Omelia Epypha. Fateri Mathematici solent / quia si quis sub signo Aquarii nascitur / Piscatoris in hac uita ministeriū sortiatur. Piscatores uero Gethis (ut fertur) nō habet. Quis ergo dicat q; nemo sub stella Aquarii nascitur / ubi Piscator omnino non habetur? Dicunt etiā / q; qui sub signo Libræ nascuntur / Trapezetę futuri sunt. In multis aūt locis sub Libra multi nascunt / ubi Trapezetæ penitus ignorantur. Repugnat etiā recte rationi / dū preponit ista inferiora: cū homo perfectior sit illis. Hæc colligimus

ex dictis sanctorꝝ Aug. Damas. & Grego. Vnde Aug. in .v. lib. de Ciuitate dei in solutione cuiusdā questionis de Fratribus duobus: qui simul infirmabantur/ & curabantᷣ/ unde hoc esset: Magis cōmendat rationem Hypocratis physici/ q̄ Astronomi. Hypocras enī dixetat/ ꝙ hoc esset propter similitudinē complexionis: & Astrologus respondit/ ꝙ hoc erat propter idemptitatem constellationis. Asserere ergo constellationem cœlestiū syderū/ morū esse causam efficientē est hęreticū. Et si quandoq; uera uideantur dicere/ hoc est/ uel a casu/ uel diaboli instinctu: qui in his libenter se inmiscet: ut dicit August. Cometæ aūt ad futuram mortem alicuius Principis/ nō nisi nutu diuino apparere credantur/ quoniā nō est nostrū nosse tpa uel momenta: quæ Pater posuit in ptāte sua: qd est The.

¶ Ea quæ sequūtur ex Tertio fundamento.

¶ Cum Solem/ Lunamq; ipsi Ecclesiæ in ministeriū deus ipse creauit: illis igitᷣ Ecclesiā subiicere esset ordinem peruertere rerū.

¶ Mores insup hominū sic uel sic īmutari necessario ad ipsorꝝ cœlestiū corporꝝ impræssiones: sintq; igitur boni homines/ uel mali asserentes periculose & in fide errant.

¶ Rei apertum experimentū per cursus Planetarꝝ & imprę ssiones improbare cōtendens euidenter errat.

¶ Maximus illorꝝ est error perniciosus: qui etiā Christum in natiuitate/ & in suis operibus sequutū fuisse cœlestiū constellationem temerarie affirmare cōten-

dunt/infra magis aperiendus.

¶ Dicere rerum omniũ euentus hmõi cõtingentes fi certo ex cœlestibus necessario sequi/& nõ a casu cõit aut diabolica suggestione/diuo cõtradicit Aug.

¶ Errat qui hominũ per genituras euẽtus futuros cœlestiũ influentiis/certe prenunciat.

¶ Si ex his mores hominũ de necessitate bene uel male nascerẽtur/ liberi arbitrii facultatem auferre necesse esset.

¶ Affirmare Christũ fecisse miracula ratione constellationũ/erroneũ esset & peruersum.

¶ Qui eufortunia/uel infortunia hominũ inde oriri arbitrantur/errant.

¶ Qui ex præmissis Annorꝫ futura cõmoda uel incõmoda/bella/pacemq́ necessario euenire indicare contendunt/delirant:de quo magis infra dicetur.

¶ Sequitur Quartũ fundamẽtũ: & aliqua etiam consequentur aduersus Astrologorꝫ fundamenta:& ꝙ unici gradus error/multos parit errores.

VErbis cuiusdã moderni Doctoris / fidelissimiq́ relatoris utar in sequentibus. Vnici enim gradus errorem/imo & solius minutiæ multos interdum errores parere ; nec per reuolutiones Annorꝫ / aut per magnas cõiunctiones Astrologũ hoc posse indicare/ aut recte supputare/insinuare tentabimus. Ex hac eni

cœlestiũ motuũ incertitudine/quis nõ totã labefactã uidet diuinatricẽ pcipue Astrologiã: quã si inter com putandũ uno gradu labatur/ cadere a tota ueritate sit necessariũ• Fit enĩ mutata signi parte/ qua sydus repe ritur/& finis sępe permutari; quibus parem uim do mibus alii maiorem maximã esse cõfitentur: & inter dum exaltationes: quas determinatis ptibus pręscrip serunt certe monomytiæ semp uariabunt:& nõnunq̃ cõfinia decimorꝫ: & si Planeta postremas signi teneat partes fieri potest; ut error unius ptis a signo transfe rat ad signũ:& quæ foret in Thauro Luna fiet in Ge minis: Cũ dicant eam fœlicem in Geminis/in Thau ro infortunatã: tamen a mascula parte mutabitur ad fœmininã/ a lucida ad opacam/ab opaca ad tenebro sam/a puteo ad altitudinẽ/ a plenis ptibus ad inanes/ a morbosis ad fœdecissimas • Postremo cũ sit graduũ omniũ apud Astrologos differẽs inuicem proprietas in Nutigena tradidit Aescubapius/quomodo uariato loco Planetæ gradu uel minuto multũ ab errore non mutabitur uirtus syderis & influxus• Et quemadmo dũ error gradus interdũ uariat signũ/ ita minutiæ er ror interdũ uariat gradũ : sed & locis quandoqꝫ fallet ob gradus unius lapsum; ne quis forte sit in Occidẽte sub terra collocetur/ & qui pertinet ad Horoscopũ in duodecim locis tenebris retrudatur in dodecatenoris error unius gradus duodecim faciet gradibus aberra re/nec si syderis Epacha perperã habeatur sortiũ/ ubi quas uocant ptes recte statuetur; adde fallaciã irradia

tionibus ex unius tantũ partis uarietate: Cũ aliud si partibilis sit radiatio faciat/aliud explicãs/aliud uero defluẽs. Adde peccatũ omniũ grauissimũ de dirigen dis(ut dicũt)radiis Planetarum/si parte una labatur Astrologus unde Anni unius error eueniet: sed hæc summa atq; maxima propeq; flagitia in ista professiõ ne:quæ tamen si compares aliis erratis parua uidebũ tur: quæ tũc eos incerte sit necesse/ cũ horas initiales ex motibus capiant Planetarų: Dicit igitur Anni prin cipiũ ad ingressum Solis in primas minutias Arietis statuendũ. Porro si quemadmodũ uidimus hora di midia plus ibi falluntur; constellatio penitus erit di uersa tenta/si eueniet uariatio; Nec minus idẽ eueniet si nõ ab ingressu Solis in Arietem; quam a plenilunio siue interlunio aut anno/ annũ auspicẽtur. Ascenden tia quoq; magnarų confusionũ q̃recte statuent nõ ex acte cõprǽhensis motibus Iouis & Saturni: a quotũ pfecta cognitione tantũ putat abesse nos / ut magnũ esse pronũciet si uel diem primus/ quæ debent simul inueniri. Cuius sententię Saxonem accedit: qui prop terea factum dicit/ut Aceuoleus magnæ consumptio nis non illud habeatur / quod pro hora magnæ con sumptionis attendit; sed quod Anni uertentis initio/ quo illa contingit ascendebat: sicq; errore errorẽ tuen tur. Verum consumptionis ascendens nõ definit esse quod est/ propterea ꝙ a nobis ignoratᷣ: quare potius erat dicendũ / sciri a nobis nõ posse ꝙ Coniunctio sit futura; quare sciri nequit Horoscopus/ quã quia Ve

nus ignorat' aliud fugere impune uerũ. Quid enĩ cõ sumptioni cũ horoſcopo Anni tot ſortibus menſibus antegreſſio? aut quæ ratio ut aſcendẽs anni; tũ nõ ne gabũt aut pauci aut maioris eſſe momẽti propriũ aſ cendens: a quo diuerſa cũ oriatur penitus conſtellatio quã ignorãt neceſſe ſit eos in prædicendis conſumptionis affectibus uacillare: mitto q aſcendens Anni/ auctore etiã Albumazare/pariter eſt incertũ. Ex quibus omnibus patet error pudẽdus Albumazaris: qui Primo libro maioris Introductorii/dixit nõ referre/ſi gradu uno erret Aſtrologus. In quo uerbo ſe plane neſcire quam defendebat Aſtrologiã/ ut nõ tam illud uerũ/q dum accuſari eam a multis ob ignorantiã cũ potius nõ damnetur/ niſi penitus introſpecta nõ colatur/nõ ametur/niſi procul & de limine ſalutet'. Qualiter igitur illis nouorũ ciclorũ/ & aliorum intentionibus: quas per puncta & gradus/ etiã quidã modernus ſuis cũ ſupranominibus nititur inuenire fides cõgrue adhiberi poſſit? quiſquis poſſet ex pręmiſſis iudicare ſed facilius ex ſequẽtibus/ quoniã nõ eſt noſtrũ noſſe tempora &c. quod eſt The.

¶ Ex Quarto fundamẽto ea quæ ſequũtur.

¶ Is qui diuinatricẽ Aſtrologiã uerã exiſtimat errat.

¶ Ob cediũ uarietatem / & alĩs certa firmaq iudicare impoſſibile eſt.

¶ Incertos & uariabiles Lunæ motus poſſe certitudinaliter cõmenſurari in ſtadio eſt impoſſibile: cũ partes in quibus exiſtit ignorentur.

¶ Et quia gradus errore interdũ uariat ſignũ/minu/

tię quoq; error interdũ uariat gradum: ut qui forte sit in Occidente sub terra collocetur &c. Sicq; nulla certitudo ex his circa coniunctiones Solis & Lunæ quando Sol intret in Arietem Tricentesimo/ etiã certitudinaliter perscrutari est impossibile.

¶ Magnaꝝ quoq; coniunctionũ motus cum in rota Iouis & Saturni omni humano ingenio incompræhensibiles posse computari error.

¶ Minutiaꝝ supputatores errore errorem defendunt & cum deficiũt in puncto/ubi sint nesciunt.

¶ Albamuzaris pudendus error aperitur: qui maximus inter Astrologos reputatur

¶ Q͛d abiiciať talis Astrologia & penitus elimineť.

¶ Ipsiusq; Astrologiæ/aut astrologi iuditio totum Ecclesiæ regimen subiicere periculosum & graue est.

¶ Et directe contra ipsos est auctoritas Christi/Non esse suũ nosse tempora uel momenta / quæ Pater posuit in potestate sua.

¶ Vnde peccatũ blasphemiæ incurrũt etiam appropriantes sibi quod dei propriũ est/ apertũ ex prędicta auctoritate esse dinoscitur.

¶ Sequitur Quintũ cõtra Astologos fundamentũ/de cõtrouersia & cõfusione ipsoꝝ.

SEntentiaꝝ & opinionũ mirabilis/quę inter ipsos Astrologos comperitur uarietas/est res stupenda diuersitas tanq̃ longe/ etiam maior illa/ q̃ circa mate-

tiam & naturã orbium & Planetarum iuxta Theologos
aliosq; antiquissimos Philosophos supra in fundamẽ
to primo enarrauimus: hoc est de motibus Octaui or-
bis/ & distantia capitis Arietis octauæ a capite Arie-
tis nonæ/& nugæ Solis; quod uidet quasi origo sup-
putationis cuiusdã moderni Astrologi inter antiquos
inq; & modernos Astrologos Aegyptii / Chaldei / ue-
tustiq; omnis deniq; sententia stellas erraticas uno tan
tum motu moueri : quem uocamus diurnũ. Hypar-
chus aliũ introduxit contra rapientes sicut errãtis ab
Occidente in Oriente. Sic hæc igitur prima cõtrouer
sia moueãtur proprio motu: necne recentiores contro
uersiã nullã dicent/quoniã non sit mirũ a iunioribus
obseruatũ/ quod ueteres nondum poterãt declarasse
uerũ / sicut etiã ex iunioribus qui sententiã ueterum
tueantur:quiq; nõ dubitent falli/ qui contra existima
uerunt. Prorsus posterior longe Ptholo. peritissimus
fuit omnis Mathematicæ/q; eius cũ Astrologicæ sup
positiones : tum de sphera tractatus / & de Astrolabii
cõpositione cõmentaria sup Euclidẽ quæq; alia scrip-
sit multa facile declarauit his in cõmentariis sup Thi
meũ/qđ & alibi facit. Hipperchũ Ptholomeũq; retaxat
qui putarunt stellas nõ erraticas circa polos significri
noluit ad Oriẽtem post Centesimũ quintũ Annũ una
pte peracta: sed potius accedendũ Aegyptiis & Chal-
deis: qui diuturnis obseruationibus nil hmõi perdide
rint/præsertim ita sensibus attestantibus/antiquæ tra
ditioni/ut non possit/accedit Ptholomeus: qui non sit

excusatus • Nam si mouentur inquit sup polos Zodiaci quod putant Hip• & Ptho• necessariũ fuetit in his locis nõ parum uergi uersum suboccasum: quę tñ ab hiis usq; temporibus ab occidua dictum sit/& Canapum oporteat amplius nõ uideri breuem periodũ supra fictitionẽ • His aũt qui Rhodũ incolunt rada Orientẽ ut scribi possit• Cũ igitur arctos academ nũc appareat in occidua/quæ tot ciculis Retio apparebat semper: & Cano• eandem seruauerit positionẽ depræhendi salsum sensus euidentia: quem recentiores hęroicarũ stellarũ motum introduxerũt: qui si forsan alliciunt supputationes motuũ Planetarũ colligi recte testatur sensus ab his qui numeris digcrendis in Canonis oppositione fixarũ motũ assumũt• Dupliciter ait dilui obiectionẽ: Primũ/q; hii quoq; fixarũ motũ illũ obmittũt in supputandis motibus Planctarũ consona dicũt apparentibus/ & de syderũ reuolutionibus Canones statuentes quanq̃ nõ errantes imobiles faciũt: ad ueræ tamen rationis extunt cõpetentiam• Deinde q; motũ est ex salsis supputationibus colligi uerum: quare censui respondere q; colligitur fidem nõ facere ueritatis in suppositiõibus• Hæc doctissimus ille Philosophus & Mathematicus Aneuaz / cũ sæpe meminerit utriusq; sententiæ: quarũ altera facit imobiles quam Indis describit nunq̃ præiudicat: sed in medio rem relinquit: ut in libro de genituris/duplex Thema fieri præcipiet: alterum quasi moueretur: alrerum quasi nõ moueretur • Et quanq̃ sup his ego nil diffinio

præter hoc unũ nil posse diffiniri. Verissimũ tñ illud opinioni uete rũ his fateri/ q̃ assertores dogmatis ap positi/uel inter se conuenuiũt: Nõtent hæc quæso Pla netaꝝ supputatores/ & ad inueniendũ nouũ Ciclum etiã uiam inde sumant si possint aliquid prius diffini re pter id quod diximus nil posse ex eis decerni. Nã Ptholo. quidem post Hypar Arzachel ab Occidente moueri uersus Orientem semp putat Arzachel mau rus cũ processerit certũ spaciũ regredi ab Oriente uer sus Occidentẽ. Quod Isaac sequitur Israelita uerissi mis dicens experientiis obseruatũ. Thebirbencho rat istum motũ expingit aliocogitato qui uersus Au strum uergat & Aquilonẽ recentiores inuentũ/ The bit: probantes admittũt etiã opinionem Ptho. tripli ci spheram octauã motus discerpentis. Tum qui sen tiunt cũ Ptho. progredi illos ad Orientẽ/neq; cursum mutare degladiantˀ tũc de uelocitate cursus id falsum putantes quod tradiderat/ Centũ annis expleri ptem unam: Nam Auẽhoses egyptius Auenaz post Annos Septuaginta pertransiri partis unius spaciũ Albate gni post Annos Sex qualtera proportione fecerit eas ueloci ores q̃ Ptho. Paulus Floreñ. eas ocius uoluit q̃ dixerit etiam Albategni asseuerabat. Has quæso quis diiudicabit opiniones? Deprachendimus inquiũt iu niores fidelibus instrumentis eaꝝ loca/quare falli nõ possumus. Quidnã igitur illos ueteres fefellit: qbus instrumenta nõ defuerunt / nec minor artis peritia q̃ uobis uulgatũ hac tempestate mobilem Arietẽ ab in

d

inobili Vigintiquinq; partibus distaret: sed Auenaz
ra libro rerũ Astrologicarũ octo partiũ tradit cũ scri
bebat fuisse distantiã. Scripsit enĩ/ Anno gratiæ Mil
lesimocentesimoquingentesimotertio. Quare nostra
fere tempora Trecẽtis & quadraginta plus minus an
tecedit: Proinde si motũ quem trahit Albategnis quẽ
cæteris ocior imitemur/ nõ plus annis qui ab Auenaz
ra abire astra gradibus quinq; processissent. Quare
foret hodie distantia nõ ut aiunt gradiũ. xxv. sed tre
decim. At fallebatur igitur Auenazra: cui ratio tantũ
organũ suppetebat Moses Aegyptius in eo libro: cui
titulus Mismethora inter initia primæ partis ait tem
pore Cataclismi concordare mobilẽ Arietem cũ imo
bili: tamen postea semp motam sphærã octauã uersus
Orientẽ Septuagesimo quoq; anno gradu uno. Cum
igitur inundauerint terras aquę Anno mundi Mille
simosexingentesimoquinquagesimosexto nũc aganẽ
ab orbe cõdito: ut uerior docet supputatio: Neq; enim
refert hic ad liquidũ rem exigere Annorũ quinq; mil
lia abiectis fere Trecentis a diluuio/ ad nos erunt fere
Anni tria millia supra Sexcentis/ aut circiter. Quare
mota eius octaua sphæra tot annis gradibus plus mi
nus duobus & quinquaginta quibus distaret mobi
lis Aries ab imobili Isaac Israelita scribitur cõcurrisse
simul utraq; signa Anno qui fuit nobis a christo nato
Quingentesimus & Sexagesimus. Petrus Aliacẽn. in
Elucidario tradit id euenisse Anno xpi. CC. & Sexa
gesimo: Quę supputatio per Annos Trecentos a prio

ri supputatione discordat. Angelus Mātuanus/& plerisq; recentiores idem fuisse contendunt Anno gratiæ Quintodecimo paucis mensibus superadditis. Idem refert Ysarit quendā iuniorem cum supputasset loca Solis & Lunæ ad octauā sphærā dephendisse nouilunium mensis Martii exactis a mūdo annis quinq; milibus ducentis. xxiiii. prope decimā partem Piscium. Suero Angelū nouiluniū id supputātem ad imobilia signa: siquidem tabulis Emanuelis utebatur: quas scribit Baal: Cnaphain deprehendere in. xxviii. gradu Piscium/si Alfonsi tabulas sequeretur. Itē in. xxvii. parte minutiisq;. xiiii. colligeretur distasse mobilia signa ab immobilibus gradibus. xiii. uel. xiiii. Scripsit aūt iste paucis Annis ante nostrā ætatem/ quare sibi mirabile ait esse qđ Ozonienses tabulæ tradunt sitā inter Arietis cornua stellā: quæ scilicet Arietis mobilis est principiū/semota ab Ariete Anno grē. cxxxvi. gradibus. xxiiii. & minutis. lvii. Per quētpa inuenia aut Annis supra fere. l. tum Isaac illū/tum Rogerius Bachum floruisse: quorū uterq; non plus gradibus. x. ætate sua putauit imobilem Arietē a mobili uariasse. Nam uterq; sequutus est Azechelem: qui maximā in tereos distantiā (quæ posset euenire) tot partiū existimauit/scilicet. x. ad quarū finem peruentū sua tempestatē prodidit Isaac. Quare tempus asserere & approximare rursus inciperent retro uersus Occidentē motu reuoluto. Sic igitur colligamus/aut nō fallunt organa thematica/ aut fallūt: Si non fallunt/quomodo

Isaac & Rogerius stellas obseruantes mobilis Arietis nō plus partibus·x·ab equinoctio semotas indicarūt quæ tamen si tabulas Otomensiū / si recentiores uera sententia plus tribus & uiginti ptibus iustitiæ moue bantur/ut pateat error graduū·xiii· Si falluntur/ unde nesciri cognoscūt se nō falli in supputationibus hmōi Principibus in hac arte uenis tanta opinionū uarieta te dissentientibus: Inter quas utiq; / si quis putat se posse diiudicare bruto magis iuditio/ q̄ ut de celesti bus iudicet· Sed nec illud prætereūdo dixi/ quod Pro clus & Ptholo· negant apegeon & epigeon Solis mo ueri: Est aūt quod appellāt barbare Augem/ & opposi tum Augis recentiores uolūt: quos retaxat Leo/ uerā sententiā Ptholo· defendēs: mitto super equatione die rum quā nesciāt/ quā degladientur breuitatis gratia· Itaq; patet qualiter antiqui & famosissimi illius tem poris Astrologi inter astra discurrentes quasi Oriens ab Occidente distāt inter se & sunt diuersi: nec quicq̄ diffiniri potest ex eoꝝ dictis/ nisi quod uel posse diffi niri ex illis aperte sese mutuo degladiātes diffinierūt quoniā nō est nostrum nosse tempora aut momenta: quia pater celestis posuit in potestate sua: quod est the ma propositū·

¶ Ea quæ sequūtur ex Quinto fundamento·

¶ Cū Astrologi omnes apertissime & maxime discre pent de distantiis Octaui orbis / & distantia capitis Arietis octaui / a capite Arietis noue/ & sic de aliis ibi fundamenta facere posse/ ubi tanta uarietas erret· Et

has diſtantias ſolus deus menſurare poteſt.

¶ De erraticis planetis ſeu ſtellis quonã motu moueã tur magna cõtrouerſia eſt inter Planetarios.

¶ Diſcrimen magnũ inter ipſos/qui putarunt ſtellas non erraticas circa polos ſigniferi uolui ad Orientem poſt Centeſimũ quintum annum/ etiam aut ſuper polos Zodiaci.

¶ Et ſupputatores ſigno℞ Planeta℞ motus diſcrepantes intra ſe contrarios Canones ſtatuũt: quibus Eccleſiaſtici nequaq̃ ſubiici debent.

¶ Ex quibus omnibus Lector candidiſſime unũ diffinies/ꝗ nil ex illis poteſt recte diffiniri: nam alterã partem errare ſaltem eſt neceſſe: quã nos ſicut & uerã aut dubiam penitus ignoramus: quia/Nõ eſt noſtrũ noſſe tempora ꝛc.

¶ His iſto℞ dogmata qui fabricarunt adhęrere abſq; magna perplexitate nemo poterit.

¶ Aliqui cum ſuo famatiſſimo Ptholomeo de Trepli ci Octauæ ſpheræ motu ſunt ad inuicem: & maiores Aſtrologi deſertantes & perplexi.

¶ Situare igitur diem ſacrũ Paſchatis ſuper iſtis qui ſeſe mutuo degladiantes obuoluũtur & corruũt periculoſiſſimũ eſt.

¶ Corruet enĩ quicquid eis innitit' neceſſe eſt: eſſetq; ad baculum herũdineum declinare totum Eccleſiæ corpus.

¶ Sed cur in principio priores Eccleſię non corruere? quia erant ab.ſſ.directi/& nõ ſecundũ Planetarios re

gimen Ecclesię ordinarunt/ Patrū consuetudine sanctorum consolidatū.

¶ Vnde a Columna immobili declinare ad Baculum herundineū periculosum esset.

¶ Et si inter antiquos & famosiores Astrologos quicq̄ minime diffiniri potest/ quid discerpemus inter hos iuniores & modernos? qui in prioribus firmant fundamentū. Inter Albatezniū/ Pholomeū/ & Paulum Floreń. & alios/ sup motus uelocitate/ & discursus Planetarum disceptatio & uarietas magna oritur & cōfusio. Iuniorum quidem supputatorum error ex ipsorum Astrologorum errore recte conuincitur.

¶ Et iam nō ad .xxv. gradus (ut aiunt) sed ad .xiii. & aliter. Vnde ab omni parte fallax iudiciū ipsorum.

¶ Super motu Octauæ sphæræ/ & quod Annis qbus distaret mobilis Aries ab imobili/ & de cōcursu signorum uarietas/ & ad errorem facile præcipiciū.

¶ Recentiores Planetarii cum prioribus & in fundamentis degladiantes & dimicantes; quis igitur rectus iudex erit? Inter Tabulistas tāta diuersitas/ ut in quo faciant Pascha nescias.

¶ Inter has tabulas/ nec minus inter minutias colligere uix aliquid poteris quātomagis Pascha.

¶ Cornua Arietis/ & stellam sitam quæras/ & quæ sit mobilis ab imobili discerne si potes.

¶ Retrouertaris inter tergiuersationē/ an motu reuoluto uersus Occidentem reuolues te ad Orientem.

¶ An thematica organa fallant in istis? Nec ne discer

ne si falli cupis/aut fallere alios.

¶ Inter stellas mobilis Arietis nõ plus partibus.x.ab ęquinoctio semotas/an minus indiciũ labile.

¶ Circa supputationem graduũ & partiũ Planetarũ deficiunt.

¶ Dic quæso/quomodo nostri cognoscent se nõ errare primis Principibus in arte tanta opinionũ uarietate dissentientibus?

¶ Ergo quomodo quidem recens Astrologus potest debite ęquinoctia sua inuenire/aut in mense Martii/aut alĩs simpliciter solem in Arietem/& quando.

¶ Contrarietas de Opegeon & Epigeon Solis moueri & cætera.

¶ Super ęquatione dierũ:quã nesciunt/quãtũ degladiantur. Hincinde incertitudo maxima:Et quoniam non est suũ.zc.

¶ Sextum fundamentũ est de inutilitate Astrologiæ.

Astrologiã nõ esse utilem ad discernendũ quid agendũ/aut fugiendũ sit / tantisper aperiemus ulterius. Nam quæ Astrologus prædicit/aut ad ea attinent quæ sunt corpis:aut quæ exterrena atq; fortuita. In his igitur quæ sunt corporis/ si expectant ad ualitudinem/quæro: An Astrologi ne iuditio/iuditium quoq; Medici pariter consentiãt? An ab eo potius sit diuisum? Si idem sentit uterq;/nil tibi confert Astro-

logus/qui Medicus solus præstare nõ possit/si dissen
tiunt utriq; quæso potius putas esse accedendũ? Sa-
ne si Medicũ repudiando Astrologo te comitas/insa-
ne peccas/labisq; in agẽdis rebus similiter interrogo:
ne quod Astrologia consuluit/prudentia etiam consu
lat faciendum: An sibi iudicia penitus aduersentur/si
consonũ quod intra nos est tam procul quæramus?
In cœlo scilicet etiã/consuetũq; scilicet usum Ecclesiæ
uniuersalis/qui intra nos est altius cursus inter solem
& Lunã/Saturnũq; & Iouem inuestigemus/ quis re-
cte: quis inquã rationabiliter factũ defendat: quod in
rebus agendis prudentia relinquat: quæ est recta ra-
tio rerum agendarũ. Quis enim congrue sentit/ut in
horis/& diuinis Ecclesiæ sacramẽtis colendis/cornua
Lunæ recolantur? Id inquã quod laudabilis consue-
tudo/antiquissimaq; sanctorũ cõmunio obseruauit ad
hmõi minutias augere antecedere interpellere sacra-
menta fidei/aut anticipare. Haud ipsam. xiiii. Lunã
sacra Synodus tũc requisiuit: haud minutatim sancti
Patres postea explorandã duxerũt: haud in sacris po-
tius Conciliis litteras/ q̃ consuetudines uiolare temp-
tauerunt. Sed de his infra maiora dicentur/ dum de
usu & consuetudine agetur: sed etiam in aliis agẽdis:
eruntq; hæc exemplis dilucidanda. Causam unã ui-
deat Astrologus: quæ hoc possit efficere/& illã remit-
tam ad uniuersalem. Medicus nõ modo ex his & pro
pinquis iudicat causis/ seu rem ipsam percipit sensu/
& quod ex omniũ simul causarũ cõplexione dissultat

tempore hoc monstrante naturæ præsentis euidentia tenet. Et in rebus quidem agendis consulat Principi Mathematicus ne Bellũ ineat cũ inimicis: quoniam Mars parũ propicius sit. Quæro utrũ quo tpe dederit illi consiliũ nulla causa iusta bellandi sit Principi: aut si causa bellandi / oportunitasq; uincendi: an potius & bellandi iusta causa nõ desit: & ad uictoriã omnia suppetant instrumenta. Si dederis primũ / iure nõ bellabit: sed sola duce prudẽtia / si sileat etiã oĩno Mathematicus. Si secũdũ / nec ipse utiq; Astrologus / si non sua intersit abstinendũ bello iudicabit: & si abstineat ꝙ eiciat aliud q̃ censuũ & euidentiã coniecturãq; relinquere. Itaq; quod Astrologi uetant constat nõ esse fugiendũ: neq; quod præcipiũt faciendũ / quoniã cognitũ est nosse tempora ꝛc. quod est thema.

ℭ Ea quę sequũtur ex Sexto fundamento.

ℭ Affirmare artem Astrologicã esse utilem ad discernendũ quid sit agendũ uel fugiendũ / error.

ℭ Dicere ipsam esse ualidã ad externa / uel ad ea quæ sunt corporis fortuniaq; uel infortunia / error.

ℭ Dicere plus illi arti q̃ prudentiæ in rebus agendis esse standũ / error.

ℭ Quære in Cęlo quod tam procul est ꝙ intra nos est quærere dementia est.

ℭ Asserere Principem an bellandũ sit debere Mathematicũ consulere / error.

ℭ Fugere quod Astrologus iubet aut uetat / error.

¶ Septimũ fundamentũ / & contra Astrologiam fidei noxiam / & inimicã.

ASTrologia quoq; q Christianæ religioni sit noxia & pestifera apparet. Quã quidem hinc ad malã religionẽ / hinc ad hereses / hinc ad nouã superstitionẽ / hinc ad perditos mores pricipes & facillimus lapsus. Vnde eni se potius aduersus tela religionis admouebit impietas / q ut diuina miracula: qbus omnis potissimũ religio confirmat / ad coelũ prætendat esse referenda; si Martyres mortẽ contemnentes / si Apostolos paucos inopes indoctos Euangelicæ mundũ legi subiiciẽtes; si ipsos etiã ab inferis homines reuocatos & maiorẽ quidem q ut humana meliora quẽ admone efficiant: diriment in eis uirtutẽ / nisi qui solus agnoscet syderis cursus / & coelestis afflatus facere potuerit; q si quis dicat: Nõne hęc erit securius religionis radicibus admouere si persuadet: Nõne illã examinare & penitus extirpare / q si dicas nõ esse hæc artis uicium; sed professoꝝ professione in ipsa sua carentiũ fatebor ita esse. Neq; eni hunc ego Astrologiæ errorẽ dico; sed facilẽ esse inquã ab ipsa lapsum in hũc errorẽ. Nec si uera esset Astrologia / propterea ab hac minime desistere; ut ab eo periculo homines diuerterem / quoniam nulla ueritas mendaciis est confirmanda: sed cum sit falsa utiliter eius falsitas detegetur; quæ si uera puter tur in mentibus impiorum grauem pestilentiã generare potest / quanquã se audeant omnes alicuius artis

profeſſores eas ſimilem interdum habere uanitates.
Parum abſit / ut culpa in artem ipſam uere non reſe/
ratur. Ego uero ex ſcriptoribus Aſtrologiæ præcipuis
neminem legi: qui religionem / & leges ipſas ſicut &
reliquas res humanas conſtellationibus ſyderum nõ
ſubiiciat Ptholomeus in Secundo libro Apoteleſma/
ton / q apud hanc gentem illud numen / apud aliam
aliud coleretur / non aliunde natum intelligit / q̃ ex ua
ria ſyderum / imaginumq; natura populis illis & genti/
bus impartitum. Nec procul ab eo loco Græcus qui/
dem interpres Ptholomeus miraculum Moſeos: qui
ſicco pede cum populo mare rubrũ tranſiuit / factum
ait: q illud acceſſum uel receſſum maris obſeruauerit
quaſi non ſimul hiſdem aquis te illeſus populus He/
breorum tranſire: & cum Aſtrologis ſuis Pharao ſub
mergeretur: quaſi non Ioſue Iordanem ſicco pede ſin
gitur ab eis. Albumasar Araps / & legem Sarraceno/
rum / & ſuam / & noſtram / & omnes pariter Leges ſic
e cœlo dirimat: nam quemq; conſtellatio fecerit / & ad
quot utraq; q; annos ſit permanſura: ex eadem con/
ſtellatione pronũciet & interpres eius Henricus Me/
cluuenſis ita declinauerit / ut nauem inuenerit in cœlo
ad quam Noe archam illam ſuã ſit fabricatus. Quod
Aliacen. quaſi diuinũ inuentum maxime eſt admira
tus: deniq; redigi ab eis in ordinem caſum rerum:
quæ curſu naturali / & cœli nutatione contingunt.
Hinc cognoſci poteſt quotquot Annorum reuolutio/
nes ab ſedente Legis ad eius uſq; caſum ſunt futuræ

e Cœlo uoluit cognosci: & Alyabenzagel ut reliquos breuitatis gratia transeã fœlicitatẽ & sterilitatẽ Anni inde pronũciat: ut si ascendẽs legis loco Iouis aut Veneris applicuerit fertilissimus sit futurus. Et ecõtra/si locis syderũ infeliciũ: sed utinã nostri homines Euangelii splendore nõ ita sentirent. Infantis ille Bonatus usum ait dñm Iesum xpm horarũ electione cũ Apostolis consulentibus ne in Iudeã rediret: Respondit xii esse horas diei. Horã enim inquit sibi elegit: qua illi eum lędere nõ possent/quasi illos cũ uoluerit nõ prostrauerit: & inter eos in luce diei medius trãsiens eos nõ latuerit. Miror enĩ q̃ temerarie de diuina familia Frãcisci loquatur / & diuini amoris miraculũ mortis opus fuisse fabulet. Sed quid quoniã remotiora quædum admiratur / quidã Doctor nostris annis & stupescere/ait in his quæ quottidie de annorũ euentibus publico uaticinio foris inuulgantur. Nõne & legem xpianam Christi Mercuriiq; doctrina esse perfectã: & Iouis religionẽ/ & a Virgine suscipere puritatẽ/in prohemiis nescio cuius Rethoricæ se legisse pdictus Doctor scribit aduersus Ierardũ multa: Nõne scriptũ est cũ semel de nouo eligendo Pontifice tractaretur/ deuote supplicandũ: ut sydus Mercuriale suo sancto radio temperet. Aiunt eni Mercurio subesse legem nostram/atq; ideo homines xpi/Mercurii homines uocauit: quod si ita est/nescio qui possit homo christianus æquis auribus audire. Rogerius Bachon eousq; est euectus/ut scribere nõ dubitauerit errare Christianos

qui diem Sabbati non ferientũ / & operibus tacent ri-
tu Iudeorꝫ: cum sit ea dies Saturni: quæ stella rebus
agendis parũ cõmoda & felix existimatur. In quibus
uerbis nõ solũ nostros accusat: sed Mosen: Immo aper
te ex Propheta Astrologũ facit: docẽs quę de Sabbati
feriis ille constituit non diuini alicuius misterii: sed
Astrologici dogmatis habere rationẽ. Quæ omnia si
quis recti iudicii examine penset / uidebit nullo ma-
gis errore pietatẽ ueræ religionis offendi: Cũ ęque sit
impiũ totaliter nullã pietatem esse religionẽ / & ex cœ
lo fatali quadã causa necessitatis deducere: Q dũ si quę
Astrologo capessenda religio sit / ad quã erit propen-
sior ꝙ ad Idolatriã? A quibus omnia hominibus & bo
na & mala putet prouenire: Hæreses Manichęorꝫ ar-
bitri libertatem tollentes / unde potius putamus ema
nasse ꝙ ex ista de facto Astrologorꝫ falsa opinione. De
supstitionibus nulla est cõtrouersia prodire ab Astro
nomia omnes / & eas quasi Alũnas ab illa cõtineri cõ-
firmat. Varro gehomãtia omnes illius scriptores filiã
uocãt Magii: ita hujus artis usum sibi necessariũ pu-
tant; ut Magię Clauem Astrologiæ appellent Chiro-
mantici in uola manus septem pro numero Planetarꝫ
montes effingũt / unde ex lineis quæ ibi conficiuntur
futura præuidentur. Sed has fatuitates particulatim
aliis prosequemur / cũ post euersam dominã ac reginã:
reliquã omnes supstitiones ministrantẽ incursu pro-
terrimus. Sed parere ei omnes / & sine ea stare non
posse; hinc satis manifestũ ꝙ nulla est superstitio: quę

dierum & horaꝝ electionibus nõ utatur: de qua sola eas instruit Astronomia: ut de ipsa illud Ecclesiastici dici possit: Vanitas uanitatũ Astrologia/& omnis superstitio uanitas. De motibus plura dicere non oportet/q̃ superius enarrauimus. Et satis patet patrocinium maius uitio dari nõ posse/q̃ si coelũ authorem habere existimetur: nilq; esse/q̃ eos minus metuere gehennã: aut sperare fęlicitatẽ: faciatq; si pculdubio uera sunt. Et si uera esset professio ista quae nam utilius ueritas ignoretur. Et cum sit falsa/quae utilitas falsitatis ignoratur impugnatur. Sunt utiq; Prouinciae/utinã tantis uiribus exequar: quã causa iuriandę religionis & Ecclesiae/ueritatisq; tuendae desiderio sum complexus. Quippe & si in ipsa Astrologia sit ueritas/erit profecto solum apud superos & intelligentias ad predicta hominũ intellectũ incuruari non licet ultra q̃ in hiis quae fidei sunt captiuare solũ: satis esse uidetur ad dicta sanctoꝝ/si quae aduersari uideantur responsuri sumus in fine. Et quoniã non est nostrũ nosse tempora uel momenta/quę pater posuit in potestate sua: quod est propositũ thema.

¶ Ea quae sequũtur ex Septimo fundamento.

¶ Dicere Astrologiã nõ esse religioni christianae pestiferam error.

¶ Dicere ad uanã superstitionem & pessimos mores lapsus Astrologiã nõ præstare facillimos/error.

¶ Ordiné religionis Christianæ Planetaꝝ subiicere motibus & momentis magnũ periculũ est.

¶ Astrologiam licet ueram aliquam eius partem dicentes faciem aditum ad errorem prestare dignũ est asserere.

¶ Parum non abesse culpam professoꝝ in ipsam non transferre Astrologiam.

¶ Cum falsa sit hæc Astrologia & perniciosa optime est hominibus ipsam fallacem aperire/ut ab hmõi erroribus diuertantur.

¶ Errorem/& Ptholomeũ/& quosdam alios Astrologos incidisse insinuatur.

¶ Atq; omnem legem legibus Planetarum subiecerunt mentientes.

¶ Sanctorum miracula/ & Prophetarũ in sydera referre error.

¶ Moysen obseruasse Planetarum motum in faciendo miracula error.

Apostolis corporaliter recedentibus a xpo/ ita & mente recesserunt ab illius diuinitatis fide:& tota fides in beata uirgine gloriosa permansit sola. Nõ igitur pro psonali fide Petri rogauit xps/ igitur quæ defecit tũc: sed pro generali. Vnde Grego. dicit p hoc q xps usq ad consumationẽ sęculi cũ discipulis se esse promittit ostendit seipsum nunq̃ a credentibus recessurũ. Tertio idem sequi apparet ex illo uerbo Christi Mathei xxiiii. ubi loquens de persecutione Antichristi dicit/ q inducentur in errorẽ. Postremo aũt si hæc esset falsa/q Ecclesia (ut præfertur) errare nõ potest/ tũc obiectum fidei/& huius principalis articuli (de quo infra magis dicetur) esset falsum/quod est impossibile/lege stante scilicet istius/Credo in Ecclesiã sanctã catholicam zc. & quia fidei falsum subesse nõ potest. Cũ igitur hæc ueritas apud fideles nõ uideatur habere difficultatem/transeo ad aliud fundamentũ. Et quoniam nosse tempora zc.

¶Decimũquartũ fundamentũ est de cultu latrio.

QVod ad latriũ cultũ principaliter fit ordinata uniuersalis Ecclesia militans / ut per eã in triumphanti conregnemus / expræsse glo. i. ad Thi. iii. super illud quod est Ecclesia dei uiui: Dicit Ecclesiam esse conuocationẽ multorꝝ ad unius dei cultũ/pro quo tradidit semetipsum/ad Ephe. v. Vnus

igitur dei cultus finis eius est: quia ad ipsum fit conuocatio multorum/que est uniuersalis ecclesia xpianorum. Latria enim est honor soli deo debitus / ratione summi dominii/& bonitatis/& potestatis: & sic soli deo debetur: qui est creator/ & recreator/ & summe potens. Et de isto cultu ideo primum fecit deus preceptum / scilicet: Vnum cole deum/uidelicet: & hic honor (presupposita fide/qua in corde principaliter consistit) exhibet deo in Ecclesia uniuersali tripliciter secundum Doctores. Primo cum genuflexione/unde Reges procidentes adorauerunt Christum: & hoc ratione omnipotentie: & nos facimus intrantes Ecclesias particulares sumentes aquam benedictam: quia in ipsis lauachrum accipimus regenerationis genuflectimur & inclinamur corporaliter. Secundo/oblatione & sacrificio per eucharistie sacramenti celebrationem: & hoc ratione gubernationis. Tertio hymnis & orationibus & aliis canonicis horis: & hoc pro beneficiorum largitione: quod & Angeli in suo cantico Pastoribus annunciauerunt dicentes: Laudamus te: Benedicimus te: Adoramus te: Glorificamus te. Cultus igitur latrius in istis consistit/ in laude/& benedictione/ & gratiarum actione pro beneficiis receptis. Nam inter alia beneficia: que recepimus a xpo benedicto sunt quattuor singularia: que continuo habemus ab eo: propter que non solum per singulos dies/sed & per singulas horas & momenta/ & per singula loca/ & ubique tenemur & obligamur ipsum laudare/ & benedicere/ & gratias agere: ut facit & seruat uniuersalis Ecclesia

omni tempore: quia quando nos incipimus ibi horas finiunt in alia parte mūdi. Et quando Sol hic oritur/ in alia parte mundi est in occasu: sic cōsequenter/taliter q̄ nō est aliquod momentū: in quo Ecclesia nō exhibeat cultū latriū altissimo ordine consueto & debito: propter quod cantat Ecclesia Canticū Ambrosii & Augustini/dicens: Per singulos dies benedicimus te: & laudamus nomen tuū in seculū/& in seculū seculi. Et in hac cultus exhibitione includitur Pater & Spiritussanctus: qui indiuisiue concurrunt cum Filio ad nostra beneficia: quia opera Trinitatis ad extra sunt indiuisa: quare in fine omniū Psalmoꝝ & Hymnoꝝ semper exhibetur gloria toti Trinitati. Non inq̄ hæc Ecclesiæ uniuersalis luminaria beati Gelasius Papa/ Augustinus/& Ambrosius/ Gregoriusq; ueræ fidei columnæ profecto errassent/cū præcipue a solo Spiritu sancto essent ad hoc instituti & directi/nō enim lunare/aut Saturninū est Ecclesię regimen: sed imaculatū & diuinū semper permansit/cornubus Lunę nequaq̄ interrūpendū. Optime Ambro. ordinauit Hymnos feriales/& diuisit officiū matutinale in duas ptes. scilicet Psalmodiā/& Laudes. Primus qui fecit Responsoria cantanda post Psal. fuit diuus Aug. in quolibet scilicet nocturno: & post ipsum Gelasius Papa ordinauit Canticū Angeloꝝ. s. Te deū laudamus/ cantaret post tres nocturnos ante laudes: qđ btūs Ambro. iam ordinauerat ut decantaret in Ecclia Mediolañ: sed postea Gelasius ut cantaret per uniuersū mundū ordi-

nauit: Qui etiã multa alia officia ecclesiastica instituit/ & dicta/ &c. ante Canonẽ missæ cantaret alia particula. s. Sanctus Sanctus &c. Postea uenit Grego. qui condidit aliquas Præfationes festiuitatibus Paschatis & solẽnibus appropriatas. Et etiã confecit multa alia officia/tam propria/q̃ cõmunia: quæ hodie cantat uniuersalis ecclesia: magno etiã tũc in eccl̃ia sancti Petri in Vrbe ad hoc interueniente miraculo/ Cantat utiq; & suis horis & temporibus in futurũ ab Spiritusancto recte isti gloriosi Sancti: qui in celebritatibus obseruandũ quod non statuerunt/ornatissime fecerunt: de errore hmõi tunc / uel imposterum eventurum mentionẽ nusq̃ fecerũt: quod nequaq̃ obmisissent/si tantæ grauitatis esset. Et sequentia Concilia ecclesiastica Spũ sctõ dictãte celebrata nil quoq; determinarũt: nã alii infiniti sancti Patres quodãmodo præcesserũt/ & hũc defectũ iam notabiliter apparentẽ subticuere oẽs/ q̃si nullius momẽti sit. Quod si secus esset minime silentio id præterissent/præterit proculdubio neminẽ.

¶ Quæ sequũtur ex .xiii. & .xiiii. fundamento.

¶ Sequuntur istæ propositiones impossibiles stante lege/& scandalosæ ex illo assumpto.

¶ Eccl̃ia catholica errat. ¶ Eccl̃ia est in errore.

¶ Ecclesia est in notabili erore.

¶ Ecclesiã errare circa sacramentũ primũ fidei: quod festũ Pascæ/dicit.

¶ Hunc Vetulæ cognoscũt errorem.

¶ Inuocare Pricipes xp̃ianitatis/ut hũc errorẽ euertãt.

¶ Implorare uehementer totius mūdi Principem scilicet Papam: ut hunc auferat ab Ecclesia errorem.

¶ Vt respiciat super errantem Ecclesiā.

¶ Inuocare Ducem/ aut Principes/ & Imperialem maiestatem: ut huic errori/ siue Ecclesiæ manifeste errāti prouideatur.

¶ Sacrumq; cętū Cardinaliū ad hoc inuocare: ut errāti Ecclesiæ/ & exīti in errore notorio prouideatur.

¶ Et ipsum sacrosanctū Conciliū Lateranen̄: ut toti Ecclesiæ erranti circa primū fidei sacramentū obseruare uehementer ut prouideatur.

¶ Qđ uolucres coeli Ciconia & hm̄oi cognoscūt tempus suū/ & Christiani nō cognoscūt.

¶ Quid in die iudicii simus dicturi non habemus de isto errore.

¶ Sumus Paganis & Iudeis ludibrio.

¶ Quid xp̄iani respondeāt iam Paganis nō habent.

¶ Qđ si circa primū sacramentū fidei aberramus: qđ facimus in aliis? recte arguere possunt infideles.

¶ Quoniā dato illo incōuenienti plura de necessitate sequūtur ex quorundā scriptis.

¶ Et rursus cum nō sit maior ratio de uno q̄ de alio/ si errat in isto ptimo sacramento fidei pari ratione & in aliis posset proculdubio argui: Sicuti data una propositione falsa in Biblia/ aut Euāgelio/ sic de aliis posset dici q̄ est impossibile.

¶ Ergo credentes fideles in Ecclesiā sanctā catholicā sunt in errore aperto/ sicut ipsa: qđ absit: quia crederēt

ecclesiæ notorie erranti/quod est absurdū.
¶ Ergo omnes qui decesserunt postq̄ incępit is error damnati sunt credentes in ecclesiā errantem.
¶ Ergo nulli martires/nulli cōfessores extūc extiterūt
¶ Ergo Ecclesia tunc fortius errat celebrando festiuitates ipsoꝝ.
¶ Aut dicet q̄ meruerūt per fidem falsam: quod absit cū ignorantia sit crassa / nō excusantur: quia notoriū est Vetulis.
¶ Cum igitur omnia ista sint auditu solum horrenda nimis/& impossibilia: ergo illud ad quod ista sequūtur minime esse faciendū/audiendū/legendū ue. Nec præterit proculdubio neminē / haud immerito præfati Scriptores hmōi scripta probleumatice: ac propositū suū narratiue/ & per modū probleumatis in quadam prefatione se prosequi & scripsisse digne fatentur.
¶ Ergo nō semper aliqui fuerunt electi.
¶ Ergo nō semp gratia fidei aliqui fuerūt pilustrari.
¶ Obfuscatam tanto tempore obmisissent Sancti dei omnes: qui precesserūt postq̄ hic incępit error.
¶ Nūqd Spiritussanctus tenebrā pro lumine/apertū errorē loco fidei suis fidelibus contulisset?
¶ Lux uera Christus: qui illuminat omnē hominem xp̄ianū obfuscari sic permisisset? absit/absit.
¶ Nunqd ad Saturnias reuolutiones/ & ad duo lunæ cornua totā reuolui ecclesiā & dissolui oportebit?
¶ Nunquid totū ecclesiæ cursum impedient cornua Lunæ? Apoca. viii. Percussa est terria part Lunæ.

l

¶ Dicetur ne de homine mistico; qui ecclīa mistice di
citur/quod scriptum est de amente: Stultus ut Luna
mutabitur? absit. Sed recte de Ecclīa ipsa illud Isaiæ
dici potest: Erubescat Luna/& nō confundatur.
¶ Ac cū Ciuitas a Psal. & a Sanctis recte appelletur
ipsa Ecclesia/illud Apoca. xxi. c. de ea prædicari utiq;
debet. s. Ciuitas nō eget Sole neq; Luna / ut luceat in
ea; sed claritas dei illuminabit illam: & lucerna eius
Agnus: Agnus inquā Paschalis Christus/nos/& totū
mundum illuminans: nec Pascha suū a Lunæ motu
alterari permittet. Quæ omnia &c. cum correctione
sanctæ matris ecclesiæ dicta sunt.
¶ Quippe in primo credibili isto .s. sacrū Concilium
determinasset ecclesiā defecisse; ipsamq; imposterum
posse errare/& deficere iterum: quia de facto sic fuisse
quidam in scriptis suis denūciant/uocitantes Pagani
possent dogmatizare; sed quicqd statuerit S. d. n. Pa-
pa sacro Concilio approbañ. in omnibus illi firmiter
obtemperandū esse/ ingenue profitemur nō nisi san-
ctum illud atq; catholicū esse censendum; cuius corre
ctioni cuncta submittimus.
¶ Quomodo enim im primo fidei sacramento/quidā
aiunt; in primoq; fidei credibili & fundamento aber-
rantes Christiani omnes/nō poterunt & in aliis aber-
rare? Pagani uocitarent.
¶ Et sapientes pleriq; in dubium reuocarent/& men-
tes omniū rudium & simpliciū Christianoꝝ utriusq;
sexus corda confunderi possent.

¶ Hac insup mutatione supræmi in ecclesia/ mediiq; & infimi in nouis horis dicendis addiscendi difficultate tepescerent/ & etiam nimiū peccandi lętalē inde sumerent occasionē.

¶ Et nūc ubi septies in die uenialiter cadit iustus/ septies caderet mortaliter maior ecclesiæ cętus/ officium diuinū cum posset nō persoluendo.

¶ Ad cōmunis Breuiarii motum/ abbreuiaretur nimiū iam in multis tepida & infrigidata diuinoꝝ deuotio officioꝝ.

¶ Senes/ rudes/ debilesq; infirmi presbiteri seculares/ Monachi/ Fratres/ & Moniales/ Sacerdotesq; rurales: quos longa hæc consuetudo uix in horis dicendis reddit idoneos/ seu expertos efficit; quomodo noua nō obmittent officia/ prius q̄ scient & persoluent? nō appareret ratio; & hæc causa/ hæc occasio foret sola Paschatis mutatio.

¶ Hoc sacri Paschatis motu cuncta festa/ & dominicas anni totius oporteret (ut quidam scribunt & uolunt) & omniū Breuiarioꝝ rubricas īmutari: nedum dierum totius anni numerū/ scaudala/ seu incōuenientia attingerent; sed ad tot/ quot sydeꝝ minutię & sunt saturnia puncta debite calculādo posset utiq; puenire personaꝝ q̄libet cū sua septena pctōꝝ capta mortaliū ad hęc deuenies quęso lector/ si numerū Anni p̄dictū a's nō amplector/ ut in fra latius patebit.

¶ Nā & si peccans uno peccato mortali infinita pctā cōmitteret; ut quidā disputantes tenent motū uolun-

tatis fieri in tpe: in quo sunt infinita instantia(quos in hoc minime sequor)non tot/quin plura nascerentur inde peccata/q̄ sint arenæ maris/ac orbiū cœlestium/ omniūq; stellarum motus/ quasi ad quæ momenta/si fas sit dicere.

¶Nedum ab anno unico:sed a mundi creatione poteris numerare horas/quartosq;/diesq;.

¶Hæc quidē omnia & singula in magnā insuper perniciem/ & damnationē animarū peruenire palam est: & est xp̄ifidelibus latissimū ad infernū præstare iter: quę omnia exectabilia fore/& auditu quidē horrenda sentit quicūq;:quare zc. Et qm̄ non est nostrum nosse tempora uel momenta:quæ pater z.

¶Momentis igitur hmōi:quorū cursum nemo nouit/ totam Ecclesiam submensurare minime licebit: cuius castigationi & emendæ cuncta submitto:& nil temere dictum sit/seu scriptū uolumus ingenue: cui tantū modo laborantes incūbimus seruituti: a xp̄o Iesu eiusdem ecclesiæ sponso solū sperantes mercedem:& quoniā zelus domus suæ comedit me/ipse nouit.

¶Quæ sequūtur ex dicto.xiiii.fundamēto.

¶Vnus cultus soli deo exhibendus: qui in diuinorū officiorū persolutione consistit dissolueretur.

¶Diuina quidē beneficia:quæ quottidie nobis abundanter elargiuntur/nō recolerentur: & essemus multum deo ingrati.

¶Cessaret laus & benedictio dei per momenta & tpa per quę nō cessat nobis deus elargire beneficia.

¶A tota Trinitate nobis exhibita beneficia: quæ magna sunt/nõ recolerentur.

¶Et sicut in naturalibus introductio alicuius formæ fieri nõ potest absq; alterius corruptione; sic Ecclesia a difformatione sic reformari nõ posset.

¶Auertissent & incautassent Ecclesiã diuus Augustinus/Ambrosius/& alii sancti Patres; qui dictãte Spiritusancto diuina festa/& officia instituerunt; si talis esset error affuturus.

¶Tãta diuini cultus adorationis offensa ad indignationem deum prouocaret.

¶Destructis omnibus ptibus alicuius totius/ ipsum totum destrui est necesse: Sic partibus totius ecclesiæ sic agitatis/ipsum corpus minime stare posse uideret.

¶Deuotissima pietatis misteria in diuinis iam cõtenta officiis offenderentur.

¶Quia durũ est nimiũ assueta relinquere/omniũ fragilia corda fideliũ inclinare magno absq; discrimine uidetur esse impossibile.

¶Ac de oportuno remedio quis nisi solus deus possit prouidere nõ uideo. Et si fuit in errore ecclesia (ut dicunt quidam) ipsam nõ errasse deus nõ potest facere: ut infra patebit.

¶Quãgrauiter ipse Pater / & Filius / & Spiritussanctus offendatur/uide ibi.

¶Tota ipsa Trinitas: quam in principio / & in fine omniũ horarũ semper inuocamus/laudamus/& benedicimus/suæ succurrisset Ecclesiæ recte creditur.

¶ Quintumdecimũ fundamentum est de Fide catholica.

A Dultis nõ sufficit pro salute habere fidẽ impli/
citam de Articulis fidei: sed est de necessitate sa
lutis ptonũc/ presertim ecclesia iam adulta/ & post tã
longã & latam sacri Euãgelii promulgationẽ/ꝙ mul/
torꝫ articulorꝫ/ & potissimorꝫ/& præcipue de resurte/
ctione xpi primo fidei sacramento expręssam & expli
citam fidem habeant. Vuniuersalis quidẽ ecclia nulli
claudens gremiũ : omnes/tã sapientes/ꝗ insipiẽtes ad
eam uenientes amplexando/ tanꝗ paruulis in xpo lac
dedit/& nõescam/ multifarie multisqꝫ modis facilem
tanꝗ ad cognoscendũ fidei misteria pręuerit aditum:
quia uolũtas nunꝗ fertur in incognitũ: per imagines
quandoqꝫ in ecclesiis otantes ut ipsa admirentur & le
gant rudes/ & per cultũ festiuitatũ a corporali labore
abstinentes simplices & rudes causam perquirentes:
Quare tales sic recoluntur dies festiui zc. a parẽtibus
& maioribus erudiuntur: ut uerbi gratia/quando cele
bratus est dies Paschatis/dicitur eis/ quia Christus re
surrexit:& sic de aliis. Itaqꝫ cęci accedentes ad fidei lu
men/ad illud simplicibus & rudis sic uiam aperit ma
nifestã:quæ si alterarent/præcipue illa: p quę fidei ar
ticulos potiores expræsse recolũt:& pręcipue Pascha
tis sacrũ primũ fidei (ut qdã dicũt) simplices sacra/
mentis/ ac articulis necessariis de necessitate salutis:
quos tenentur scire/nõ adhęrentes: hęsitarent potius

& forte deficerent • Et quatenus nisi ab isto cultu festiuitatũ/& ut prædicitur instruerentur infiniti/nullam acquirerent notitiam de fide necessariã• Noceret etiam plurimũ Montanis : ad quos nusq̃ prædicatio fidei/aut rara peruenit• Et expertus loquor;quia inter Montanos etiã sæpius practicaui / & prædicaui multotiens;& sic esse in multis comperi sine fide/secundũ Apost•ad Heb•xi• Impossibile est placere deo• Immo pro quocũq; statu fuit / & est semper necesse in speciali deum creatorem & remuneratorẽ bonorũ credentiũ in ipsum ; quod patet ratione/& auctoritate• Nullus potest meritorie dirigere actus suos in finem ignotũ: Quoniã non est nostrũ nosse tempora uel momenta : quæ Pater cœlestis posuit in potestate sua ; quod nostruw propositum thema•

¶Ea quæ sequũtur ex Quintodecimo fundamento•

¶Rudes & simplices;qui sic recolentes festa/& diuina officia/se & fidei misteria recognoscũt/& erudiuntur in eis/forte uacillarent in ea•

¶Et illud quod est de necessitate salutis/de necessitate impediretur•

¶Retrocederet cum Paschate ipsorũ mens a primo fundamento fidei•

¶Amisso quidẽ libro salutaris eruditionis/rudes penitus ignari efficerentur•

¶Finis hominis apud ipos esset obfuscatus: & qui est beatitudo: quam nō nisi per fidem resurrectionis dñi nostri Iesu xpi acquirimus.

¶Et cū Saluator dicat: Qui offenderit unū de pusillis istis: qui in me credūt zc. Nō enim unus/sed infiniti quasi scandalizarentur.

¶Fortitudo fragiliū in fide resurrectionis attenuaret̄.

¶Aut deberent ieiunare/nec ne/ titubarent: quia aľs fuerunt decepti.

¶Cū expressa fides de resurrectione requitat̄ pro salute/ad dānationis statū forte nōnulli deuenirent.

¶Festū ipsum resurrectionis si nō recte ecclesiā celebrasse perciperent/nō recte credidisse arbitrarent̄.

¶Possent quoq; de articulo Trinitatis (festo ipsius amoto/ut quidam scripserūt) uacillare.

¶Decimūsextum fundamentū.

ET supra firmā petram: quæ Christus est/ firmatam Ecclesiā uniuersalē regi & gubernari a Spiritusancto: ut inter cōplexa credibilia quidā fidei esse primū creditum multipliciter ostendere. Primo sic: Propter unūquodq; tale ita & illud magis: sed propter Ecclesiā credimus articulis fidei cōtentis in sacra scriptura/ & ipsæ etiā diuinæ scripturæ diuinitus inspiratę: ergo magis credimus Ecclesiæ. Maior est maxima Aristo. Minor patet multipliciter. Primo credimus deū trinū/unū filiū incarnatū zc. quia scriptura

hoc dixit: quã credimus diuinitus inspiratã/ & credimus hoc esse reuelatũ a deo errare uel mentiri nõ potenti/ per ecclesiã ergo est primũ creditũ. Et ideo est: quia ecclesia (quæ Spiritu sancto regitur) hoc approbat. Nam licet multi scripserint gesta Saluatoris: ut Nicodemus/ & Nazarei/ illa tñ sola scriptura canõica reputatur: & ei soli fides adhibetur: quam ecclesia approbauit. Vnde Augustinus cõtra fundamentũ Manichei sic ait: Nõ crederem Euangelio/ nisi crederẽ Ecclesiæ approbañ. Et iterũ: Euangeliũ Nazareorum non admitto: quia Ecclesia non admittit. Et in libro de doctrina xpiana idem Augustinus dicit: Non crederem Euangelio: nisi Ecclesia me admoneret. Hic igitur articulus est causa/ quã credimus aliis: Et propter unũquodq; tale & illud magis. Et hanc primo susceperũt scripturã sanctã/ & Euangelium. Et est ille discipulus Ioannes: quem ualde diligebat Iesus: qui in Cena dñi super pectus eius recubuit. Hic est qui testimonium perhibet de his: & scimus quia uerũ est testimonium eius: in prima canonica sua primo capite dicit/ q; fuit ab initio: qđ audiuimus/ oculis nostris & aspeximus/ & manus nostræ contractauerunt zc. testamur & annunciamus uobis. Et Actuũ primo cap. Petrus mortuo Iuda pro electione Mathei ait: Oportet ex his uiris: qui nobiscum sunt congregati in omni tpe quo introiuit & exiuit inter nos dñs Iesus testem resurrectionis eius nobiscum fieri unũ ex istis. Vnde Euangelia quæ tũc per Ecclesiã approbata sunt/ nõ possunt nũc

reprobari; quia nõ ſubeſt talis cauſa/imo tenens contrariũ Hęreticus eſt. Ex quibus ſequitur/ꝙ ex errore aliquoꝝ maioꝝ: qui erudiunt minores & ſimplices in fide nullũ periculũ in minoribus eminet; quia nõ inniruntur fidei perſonali huius uel illius: qui poteſt deficere; ſed eoꝝ fidei/quatenus ſunt Rectores uniuerſalis Eccleſiæ; quã impoſſibile eſt in his quæ fidei ſunt deficere.

¶ Quæ ſequũtur ex. xvi. fundamento.

¶ Ergo in prima cauſa fidei & ſuſceptionis Euãgelii cadit error & hactenus fuit?

¶ Et homo miſticus ideſt eccleſia errãs in uno factus eſſet omniũ reus? quod abſit.

¶ Sed ſi in primo credibili/quid fiet in aliis? dicerent contra nos pagani.

¶ Ergo ſi propter errantem eccleſiã credimus aliis articulis fidei: igit̃ illis minus credendũ eſſet? qđ abſit.

¶ Ergo eccleſia ſancta catholica/& ſanctoꝝ cõmunio foret fidei obiectũ? quod eſſet falſum; quia in errore notorio eſt (ut quidã ſcripſerunt) auertat deus.

¶ Mediũ poriſſimũ: per quod reducimur ad fidẽ/fieret erroneũ/& defectibile.

¶ Euangelio non crederem dixit Auguſtinus: niſi Eccleſia me admoneret/ſeu compelleret; Ergo Auguſtinus deceptus eſt? abſit.

¶ Ergo cum Auguſtinus nõ niſi approbante eccleſia Euangelio aſſenſit eſſe credendum. Ipſa igitur/ſic errante / quomodo poterit Euangelium xp̃i in ueritatę

persistere: dicerent Pagani: quod absit.

¶ Aut qualiter per errorē notoriū in fidei sacram ento/primo peruenerunt Sancti dei omnes: qui fuerūt/ stante isto errore notorio ad regna celorū?

¶ Alios fuisse in errore notorio Ecclesia circa primū sacramentū fidei rudes omnes prædicare possent: sed derisiue loquerentur Pagani & infideles.

¶ Crediderūt igitur omnes Christiani nō in sanctam & Catholicam: sed in errantem errore notorio Ecclesiam: quod absit.

¶ Nunquid cęca Ecclesia erit: & omnes nos in foueā ducet: quia quidam scripserunt eam esse in errore notorio: absit/absit.

¶ Est enim/& fuit/& erit semper imaculata/ueris Solis iusticię illustrata fulgoribus/& irradiata misteriis/ & cornibus Lunæ penitus imutabilis/Saturnus aduersus ipsam minime præualebit.

¶ Sed quæso/quomodo posset reparari/si ipsam uniuersalem ecclesiam errasse sic aperte couinceretur: qđ nullatenus admittimus/nisi istud confirmādo: q̄ Ecclesia in errore notorio saltem fuit.

¶ Decimūseptimū fundamentū.

PRimo credito pdicto/sicut nec aliis fidei credit/ lege diuina stāte/impossibile est subesse falsum. Patet: quia Actus uirtutis non pōt esse malus: sed esti mare falsum est malum intellectus: Ergo actus fidei qui est uirtus intellectualis non potest esse falsus:

quia sic esset falsus. Tum etiã/quia quando duo habitus sunt simpliciter circa idem / secdm affirmationem & negationẽ/si uni nõ potest subesse falsum: ergo nec alteri: sed fides & uisio sunt cõsimiliter circa idẽ/secdm affirmationem & negationem; Nam q credimus in hac ecclesia uniuersali militãti/ beati uident in triumphanti: Ergo cum uisioni non posset subesse/ falsum neq fidei. Tum etiam/quia fides aut est circa necessaria/ ut deũ esse trinũ & unũ: aut circa cõtingentia. Si primũ nõ potest ipsi subesse falsum / nisi semper subesset: quia talia sunt intrãsmutabilia. Si uero sit circa contingentia adhuc nõ potest ipsi subesse falsum; qa talia licet de potentia absoluta possin: nõ euenire; tamen ad ipsam diuinam prouidentiam relata/& prout subordinantur illi/ nullo modo possunt non euenire/ sed eueniẽt de necessitate suppositionis. Et quia conclusio est cõis beati Tho. & alioꝶ doctoꝶ: ideo ipsam latius probare nõ est opus.

¶Quæ sequũtur ex.xvii.fundamento.

¶Qđ ecclĩæ uniuersali impossibile est subesse falsũ.
¶Ergo nullus error: qa omnis error est assensus falsi.
¶Malũ intellectũ Ecclesia haberet estimãdo falsũ.
¶Quia cum nõ possit uni articulo subesse error: ergo nec alteri. Notum est de se; quia nõ est maior ratio de uno/q̃ de alio. Ergo huic articulo/Ecclesiæ uniuersali & catholicæ nõ potest subesse falsum/seu error.
¶Quare istæ propositiones prædictoꝶ Astrologorũ sunt impossibiles/scilicet; Ecclesia catholica errat; Ec-

clesia est in notorio errore/ut supradictũ est.

¶ Etiã posset diuinæ uisioni subesse error: quia præsatus articulus etiam eidem subordinat̃ sicut alii: quod est absurdum.

¶ Ergo mediũ per quod assentimus Conclusionibus fidei/seu fidei articulis posset deficere: absit.

¶ Præterea aduertat̃ q̃ si Orientales totius Asię Ecclesiæ: qa in Dñica Pascha sanctũ nobiscũ agere penitus rennuerũt: nõ sunt ideo ab ecclesiæ uniuersalis unione excisi/prout expræsse habetur in dictis libris: & in historia Tripartita.

¶ Præceptũ Victoris Papæ/& Constantini Imperatoris nõ curantes/aut potius contẽnentes in sua persistere runt opinione: etiã contra Conciliũ Nicenũ.

¶ Et si pacis/& concordiæ causa duntaxat Asianas & Orientales ecclesias longã post controuersiã ipsis per tinaciter etiam atq; etiam resistentibus/eas nõ minus propterea catholicas esse declarauit: seu a gremio non expulit suo/imo admisit: cur nos nõ debeamus in hac laudabili consuetudine ratione unitatis & pacis permanere & perseuerare?

¶ Decimũoctauũ fundamentũ.

HOc quoq; nobis præbent fundamentũ prædicti Astrologi in Epĺa super præfatione ad Pont. Max. postq̃ pauloante asserere primum xpianæ religionis misteriũ esse Pascha. In opere enĩ inniti debe-

mus ait: ut Pascha sanctū iuxta Patrū decreta obseruemus/ ut a perfidorum Iudeorum calūniis inmunes esse possimus. Seruile illud Iudeorum pecus obseruationem nostram taxare/carpere/& criminari/ quasi nō solum ineptam/& a sanctionibus Patrū alienā: uerumetiam tanq̄ probrosam/ac īmundis deputatā. Et q. non solū Mosaycā spernamus constitutionē: sed & Nicenę synodi decreta/ac ipsius ecclesię laudabilia pręcepta negligimus; quibus mandatum omnibus extat Pascha sanctū die Dnica a.xiiii. Luna usq; ad.xxi. Lunā primi mensis obseruandum esse: quod secundo nōnunq̄ mense: &.xxv. Luna sepenumero celebramus; & illud Numerorum cōtra nos solent allegare: Locutus est dns ad Mosen dicens; Loquere filiis Israel; Homo qui fuerit īmundus super anima/ siue in uia procul in gente uiam faciet Phase domino secūdo mense. Rursus; Si quis autem & mundus est/ & in itinere non fuerit: & tamen non fecerit Phase in primo mense: exterminabitur anima illa de populis suis; quia sacrificiū domino nō obtulit tempore suo. Et rursus in secunda prefatione/seu Epistola ad Lateraneñ. Concilium ait: Et q. ad dies.xlv. post ęquinoctiū Sole existente in medio Thauri Pascha nōnunq̄ obseruemus: in quo irrident nos Iudei/ redarguūt nos uolatilia cœli/ reprehendit nos deus per Hieremiam Prophetam cap.lxxxii. dicens: Cognouit tempus suū Turtur/ & Hyrundo/& Ciconia custudierunt tempus aduentus sui: Populus autem meus nō cognouit iudiciū domini sui. Et rur-

sus ipsi Astrologi interposuit dictum unius Iudei improperantis illi/& dicentis: Cæcitas totaliter oppressit Christianos: quia nesciūt decernere inter Lunam plenam & nouam: inter Lunam rotūdam & cornutam. Et iterum in Epistola ad Ephesios dixit de Iudeis/ ꝙ obseruationem nostram obstinata ceruice nobis exprobrantes/& capita sua mouentes/in nos subsannāt pro ridiculo dicentes: Pro nunc nuncupemus primā quæ quinta in cœlo conspicitur/ præsumentes nos in cæteris legis nostræ monimētis errare: quando in hoc præcipuo ecclesiæ sacramento obstinatissime nos falli contendunt. Et infra paululum subiungitur/ ꝙ Christus saluator obseruauit hanc constellationem: & nititur istud ibidem probare/scilicet/ pro sua passione/ & morte cessit in Galileā/& ait: Et aufugit necē/usquoq; Luna fecisset cursum suū &c. Rursus in secūda epistola ad Ro. deus ipse exterminiū minatur animæ: quæ Pascha nō fecerit tempore diffinito. Continuo nanq; in tenebris ambulat: qui dominicæ resurrectionis lucem ignorat. Et adducit Augustinū de doctrina christiana libro secundo: Quāuis de Aegypto diues exeat tamen nisi Pascha fecerit saluū se esse nō posse intelligat. Quod ipsi in Compendio atq; etiam approbāt luce clarius/ & continuando dicunt Pontifici Maximo: Conādum est Beatissime Pater Pascha sanctum iuxta Sanctorum Patrum decreta celebrare: ne deus iratus dicat nobis illud: quod Ozæ Secundo capitulo legitur: Cessare faciam omne gaudium uestrum/ne

omeniam uestram & omnia festa temporalia: de quo Amos Propheta. c. v. dicit: Odi & progessi festiuitates uestras in luctū. Quod hac tempestate nostra expertissimū aiunt: quomodo iam Anno proxime præterito / ipso die Pascæ in conflictu prope Rauennā habito / multa xp̄ianoꝝ milia gladio interempti fuerunt. Hæc ibidem de uerbo ad uerbū / quod xp̄o Iesu duce pro pace Ecclesiæ suæ impugnāre intendimus: qui dixit Apostolis suis: Nō est uestrū nosse &c.

¶ Ea quæ sequunt̄ ex. xviii. fundamento.

¶ Primū constat q̄ ecclesiā errasse prætendunt: quoniā omnes auctoritates prædictas dei & Prophetarū cōtra eā directe adducūt: ergo qa agit contra ipsas errat: quod est impossibile lege stante / ut probatū est.

¶ Et rursus cū cerimonialia sint ista: ut in quęstione quadā declarāt in dictis libris: cerimonialia igitur & legalia seruare debet ecclesia uniuersalis / absit.

¶ Et multa alia ex exp̄ssis in isto fundamento deduci possent incōuenientia / prout dicta sonāt auditu horrenda: quæ breuitatis causa relinquo.

¶ Et ultra / legalia cum sint / cur ad obseruantiā xp̄ianoꝝ adducūtur / cū mortifera sint & letalia. Sed nūc legalia non sunt / scd̄m auctores: & in dicta quęstione legalia ab eisdē affirmantur / q̄ est contradictio manifesta in dictis. Et breuiter nil faciūt ad propositū.

¶ Et quo ad illud de decreto Victoris dicitur primo: quia illi fuit derogatū per cōsuetudinē rationabilem & uetustissimā / ut infra patet. Secundo quia non est

præceptũ/nisi de die Dñica:ut patet recte intuenti illud: & nõ transit uis præcepti ad·xiiii·Lunã· Tertio dico/q̃ nõ dicitur consuetudine aliqua/non obstante Dr q̃rto q̃ decretis Gratiani nõ adhibetur tanta fides in decernendo/quãta Decretalibus:in quibus de Paschate nil est decisum· Igr̃ standũ est consuetudini huiusmodi potius zc· Quare sic dicit̃ quinto/q̃ in euentum q̃ esset præceptũ illud de·xiiii·Luna/q̃ Papa potest dispensare· Dicit̃ sexto/q̃ hic error potius est tollerandus/q̃ tollendus/propter deteriora: quæ sequerẽtur ex hoc: ut patet ex præmissis : cum Ecclesia longe maiora permittat : ut Lupanaria/& hmõi/ad euitandum maiora mala· Omnia tamen sub correctione sanctæ matris Ecclesiæ scripta sint/& dicta·

¶ Paschate eni nostro/Iesu semp benedicto expirante pro nobis in cruce/cũcta hec cerimonialia expirarũt·

¶ Et illud Ozæ;Cessare faciã zc· procedit de neomenia/seu nouilunio:quod nos nõ recolimus: quoniã cerimoniale est zc·& uere cessaret omne gaudiũ in ecc'esia/ hac facta alteratione· Et neomenia recolere nõ est christianũ:quia expræsse ab Apostolo prohibetur·

¶ Et sequeret̃ contra nos illud quod adiungit de Propheta Amos;propter dissipationem festiuitatũ:audiret enim deus/& converteret festiuitates nostras in luctum· Illud de bello quod adducit̃ in contrariũ/Rauennæ uidelicet/ ex alia causa prouenisse credit̃ ; quã solus ipse nouit;qui nil ignorat·

¶ Decimũnonũ fundamentũ.

EX secunda Epistola ad Leonẽ Pont. Max. ex illorũ libris excerptum/ q̃ error in ieiuniorũ obseruantia/ & festiuitatũ solemnizatione sit ualde diffusus dicens: nam si in Paschæ obseruatione error cõmittitur: in Quadragesima quoq̃/ in festo Assumptionis/ & festo Penthecostes/ & ceteris festiuitatibus mobilibus Lunæ motũ consequentibus/ errorem contingere necesse est: imo ad omnes fere Dominicas: quæ in horis legendis/ diuinisq̃ officiis Pascha & Penthecosten consequũtur/ error iste diffunditur. Horret profecto animus/ & rigent capilli/ quotiens hæc a perfidis Iudeis nobis obiiciuntur. Quandoquidem nihil habeamus quod possimus eis respondere/ nisi q̃ errorem fateamur: Adeo enĩ hic error paulatim adoleuit/ & creuit: ut iam maximus euaserit/ ad tantamq̃ difformitatem peruenit: ut intollerabilis factus sit: ut a deuota anima ferre amplius non possit: cum iam non solum doctis innotescat: sed prohdolor mulierculas non lateat: & infra: imo aiũt cõtra decreta Patrũ/ Pascha sanctũ ad. xxxv. dies prorogetur: & usq̃ in secundum mensem differatur: & Luna. xxv. uel. xxvi. celebretur quemadmodũ sæpenumero accidere uidemus. Et in fine Epistolæ ad Imperatorem dicunt: ut Pascha sanctum &c. ut secundũ legem uiuentes/ & mandata dei obseruantes/ a Iudeorũ calũniis/ & conuiciis inmunes.

esse possimus: nō facile fieri potest. Ait insuper: Q uī præ aliarū sectarum gentes animaduersum nōnunq̄ nobis obiiciatur: Hæc illi de uerbo ad uerbum: quod in compēdio luce clarius etiam atq̄ etiā manifestant: Sed quoniā no est nostrū nosse tempora uel momenta: quæ Pater posuit zc.

¶ Ea quæ sequūtur ex. xix. fundamento.

¶ Q đ error iste ad omnes anni Dñicas/ & festa mobilia dicūt ipsi falsum/ præsupponendo/ ꝙ Ecclesia uniuersalis erret.
¶ Horrerēt magis aures tūc/ & capilli plus erigerent
¶ Hoc dictū maxime offendere pias aures palā est.
¶ Et ultra: qui ieiunarunt/ se ieiunasse eos penitebit: quia tempore indebito carnes comederūt.
¶ Et tot quot utriusq; sexus homines fuerūt/ & quotiens totiens deum potentes ieiunare/ & abstinere/ læ taliter offendetur / & quasi non tot; quin plures calculet quisuis. Nec excusantur/ quia error est notorius quem etiā uetula simplex (ut scribitur in præmissis) nō ignorat: igitur ignorantia eos minime excusat.
¶ Et cum error iste tantum diffundatur/ necesse est totius Anni festa quasi cum Dñicis alterari / īmo rubricas totius Calendarii/ ut ipsimet fatentur; Et sic totū corpus mixtū ipsius Ecclesiæ coniunctim & diuisim agitari: quod etiam libro. xiiii. cap. ii. ipsoꝝ scribitur: utiq; insinuat in horis legendis zc.

¶Ex præmissis/& hiis etiam: quæ dicunt in Epistola ad Lateranē. Conciliū: cū Ecclesia uniuersalis errare possit/ut supra insinuatū est: sequitur istarū propositionū/& falsitas/ & dissonātia grauis inter catholicos fideles: quæ sunt expræsse de prædictis libris.

¶Hic error paulatim adoleuit in Ecclesia.

¶Creuitq; hic error.

¶Iam maximus euaserat.

¶Et intollerabilis factus est.

¶A deuota anima ferri amplius nō possit.

¶Et q̄ mulierculas non lateat hic error: quia ecclesia nō errat: ergo nō magis/nec maxime errat.

¶Horret profecto animus/& rigent capilli catholicoꝝ ex pietate fidei audire/ q̄ a perfidis Iudeis possit nobis rationabiliter obiici: & nil habemus: quod possimus respondere/& mouent capita aduersus nos.

¶Fiet ne adeo fides nostra catholica rationibus & auctoritatibus destituta/ cum sicut castroꝝ acies fortissime ordinata sit? absit.

¶Vicesimūsecundū fundamentū de remedioꝝ impossibilitate/seu difficultate.

EST qd̄ de remedio opinantes contrariū in dictis libris/& pro correctione Calendarii exhibuerūt: & mediū nobis melius exhibuerūt dicendi. Quando quidē tale mediū manifestam tandem inducat confusionem festiuitatū/& concursum simul/& adinuicem

ut in Natali/Pascha fieret: nisi ut alii etiã scripserunt: Natale festũ post solsticiũ hyemale scilicet·xiiii· Decembris/uel eo circa celebraretur festũ: quod ex mense Octobris(ut alii scripserunt/& arbitrantur) uel aĺs decem dies auferentur ab anno· Et hii(salua ipsorum reuerentia/ & cũ pace & benigna supportatione dixerim)præter id recte affirmant/ꝙ esset festiuitatũ concursus contra prædictos libros/incidunt in syllam cupientes euitare carybdim: hoc est cũ maiori cõmoditate nõ minora sequi uiderentur incõuenientia: recte uersus ipos hoc breue opusculum *militare uidebitur*: & qui infra·xl·Annos passim quater emendare hunc errorem nituntur: quater nõ semel ecclesiam totam al terari cupiũt: ad quod quoqꝫ hmõi sequi incõuenientia uidentur· In libro enim Octauo cap·ii· facillimũ aiunt se uelle ostendere remediũ emendandi Pascha prop anterioriationẽ *ęqnoctii uernalis/ & cicli decẽ*nouenalis in Calendario descriptoꝝ/uidelicet/ꝙ ęquinoctiũ statuatur die·x·Martii: in quo ipsum ut pluri mũ fieri uidemus: Nam ut postea demonstrabimus/ nox illa quæ sequitur diem·x·Martii/hac tempestate est horaꝝ·xii·sicqꝫ dies·xi·Martii idoneus est pro Paschate celebrando/si ętas Lunæ concesserit/& dies dominica extiterit: Hęc illi· Ee in cap·i·eiusdẽ libri aiũt: Victor Ro· Pont· his uerbis explicauit celebritatem sancti Pascæ die Dñico agi debere: & infra·A·xiiii·uero Luna usqꝫ ad·xxi·eiusdem/eadem celebretur festiuitas· Et in cap·ii· Anteuorandi sunt etiã omnes nu-

meti cicli decemnouenalis uniformiter ad diem quintum/ut fiant conformes motu cœlesti/sicut in prima ipsa tum institutione ętati Lunæ responderunt: quia instituti fuerũt Calendario hii numeri in Nicena synodo; quæ facta fuit Anno dñi·CCCxxii· a quo tempore usq; nunc lunationes omnes anticiparunt sedes suas ad dies fere quatuor·Post Calendariũ Romanum expediret(ait) nouũ ciclum conformem motui cœlesti contribuere: & ipsum a Ianuario inchoare/& infra; ne Alexandrinã imitemur Ecclesiam; quæ iam a fide Christi apostatauit/cum suis erroribus; Hoc in capitulo secũdo/ Octaui libri/ primæ partis·Et liber Decimus mensem Paschalem ab ęquinoctio uernali dependentem per Astologicam supputationẽ indagat per totum: & infra/sicq; ait per totũ: Introitus Solis in Arietem Octauæ spheræ a tempore Iulii Cæsaris usq; in hunc diem nõ anticipauit sedem in Calendario; sed postergauit ad dies·xvii·uel·xviii·& infra· Et quod ait/q; iuxta obseruationẽ Albategni/q; tempore Natiuitatis xp̄i Sol ingrediebatur ęquinoctium uernale/Anno bisextili/Die·xxiiii·Martii/& in anno cõmuni die·xxv·eiusdem· Et quia annus incarnationis fuit annus cõmunis/sequitur incarnationem cicli ipso die fuisse factam ęquinoctii uernalis· Et in libro sexto post tabulam terminoꝝ Paschaliũ/ Lunationes aiunt nõ possunt habere sedem firmã in Calendario Romano; ideo singulis Annis uariatur initium primi mensis·Et in primo capitulo/libro septimo; Tunc

temporis(aiunt)fuerunt Canones confoımes motui cœlesti/& lunario congruebant: tamen fieri non potuit/quin longo temporum interuallo tandem a uero Planetarum motu deuiarent/eo ꝙ Solis & Lunæ cursus perpetuam in Calẽdario sedem habere nequeũt: & infra. Aequinoctia/& solsticia a tempore Nicenæ synodi: in qua Paschalis norma fuit instituta/usqꝫ ad Annũ præsentem/certo dierum numero fuit anticipata/& infra. Accidit ex hoc aiunt/ut Pascha secundo mense celebretur in mundis deputato contra præceptum dei: Hæc ibidem. Ex isto fundamento sequitur istud aperte/ꝙ nulla cõtentis in eo est fides adhibenda/saltem pro maiori parte/prout ex prioribus fundamentis liquide cõstat. Et q̃m nõ est nostrũ nosse zc.

¶ Ea quæ sequũtur ex.xxii. fundamento: quod est in.xiiii.libro quorundã/capite.ii. breuitatis & ueritatis grã nos remittimus.

¶ Qđ festum sanctissimæ Trinitatis sit superfluũ in ecclesiã/& ꝙ sint superfluæ festiuitates in ipsa nõ recte sonare uidetur: cum credibile de sancta Trinitate personarum/ꝙ sic eam recolentes/etiam rudes & simplices præcipue intelligãt a uferri sinistrũ esset/ cũ de ipsa Trinitate sit fides necessaria/ut iam dictũ est.

¶ Et ꝙ in hoc debemus imitari xp̃m recte cõcludere uident/ꝙ Pascha cũ Asianis in quinta feria faciamus & nõ in Dñica cũ Occidentalibus xp̃ianis. Et ꝙ synodus Nicena tũc agit contra/ xp̃m nõ imitando/& nos etiã in dñica Pascha celebrandũ: qđ est absurdũ.

¶ Modus autẽ diuersus/ & uaria forma reformandi esset totũ ecclesiasticũ ordinem/ tam coniunctim q̃ diuisim difformare: ut ex præmissis sequelis & sequentibus concluditur euidenter. Et quoniã Astrologi sunt inimici ueritatis: ut dicit beatus Augustinus libro. ii. q. noui & ueteris testamenti. q. xvi.

¶ Vicesimũtertiũ fundamentũ.

SVmitur fundamẽtum istud ex omniũ statutorũ Patrũ/ & Pontificũ/ ac sacroꝝ Concilioꝝ synodis & cętu: quæ post Nicenũ successerunt Conciliũ: qui cum de festis & diuinis quidẽ officiis / de omnibusq; diuinũ cultũ/ & ecclesiæ ritum concernentibus/ multa & antiqui & moderni instituerint gloriosa condimenta de Paschate ultra eum quẽ obseruamus usum comperies proculdubio nil. Et pręcipue est admirandum/ q̃ in Florentiñ. Concilio tempore Eugenii ultimo (ni fallar) celebrato/ nõ sunt multi anni: ubi ex omĩ parte mũdi conuenerãt cõsumatissimi in omni scientia uiri & Prælati/ & de multis festis agentes / factaq; transacta Concilia recolentes/ de Paschatis uero mutatione nihil. Vnde palam est ex se q̃ si talis error ita apertus (ut in præmissis habetur) alicuius foret momenti: put asserũt esse: & in præuaricationẽ diuinę legis/ & diuini præcepti/ totam ipsam uniuersalẽ priuari diuinã uoluntatẽ in isto asserunt/ multis in locis pręmdicti inconsonũ est / & ab omni ratione & fidei intel-

lectu ualde extraneũ/q̄ per hmõi ab Spiritusancto re
cta Concilia Ecclesiæ per tot sanctos Patres & marty/
res diuinitus inspiratos / uirosq; in omni sapientia &
scientia expertissimos & prædiros nõ fuisset pernicio
sum/ q̄tomagis in hac asserta præuaricatione legis di
uinę/quia credebant ecclesiam sanctã zc; mortui sint:
ita fuerint obcęcati : ut hũc simplicibus/& uetulis ita
apertũ per eos assertũ errorem/si tanti momenti esset
nõ uidissent: errantẽ ecclesiã sponsam suã tãdiu per/
misisset Christus: (q̄a talis error accreuit paulatim/
& semper magis) absit/absit. Vnde ipsoꝝ expressam
cõmunionẽ Sanctoꝝ Patrum passim & ad amussim
colligere dignũ duxi/ ut robur huius fundamẽti luce
clarius manifestũ fiet:ac quod est omniũ argumentũ
ratione utentiũ quorumcunq;/ magisq; consolidetur.
Et sacrum : quem nunc de Paschate obseruat Eccle/
sia sancta usum firmius persistat:quod & per ea/ quæ
ex hiis inferre proponimus/apertius apparebit.
¶ Post Victorẽ igr̄ p̄dictũ:qui fuit Anno dñi.Cxciiii.
de termino Paschali in Alexandria Palastrine Conci
liũ celebrantem:ibiq; statuerit q̄ semp die Dñica Pas/
cha celebrari debet/obseruata luna.xiiii. Aprilis usq;
ad.xxi. Quod factũ est ne iudaizare uideatur Ecclia:
& rennuentẽ ecclesiã Orientalem/ nec istud uolẽtem
obseruare statutũ/ut dictũ est/ abunitate uniuersalis
ecclesię nõ exemit:qui sanctus & martyrio coronatus
fuit. Post istum eni successit Zephirus martyr glorio
sus:qui multa etiam statuit salubria pro ecclesia:& de

Paschate nil: fuit anno xpi· CCiiii· Cui successit Calixtus· i· sctūs martyr: qui statuit Ieiunia q̄ttuor tpm/ & de Paschate nihil· Huic successit Vrbanus· i· martyr: qui inter alia bona multa: quę fecit Ecclesię/ oīa sacramēta misteria fecit argētea/ uel aurea/ uel stānea: & de Paschate nil· Successit Pontianus: qui (ut dr̄) statuit: ut Psalmi die noctuq; per oēs ecclīas cātarent: & multa alia bona pro uniuersali Ecclesia hic martyr gloriosus fecit/ de Paschate uero nihil: qui fuit Anno christi CCxxiiii· Cui successit Anteros grecus martyr gloriosus: hic quoq; multa etiam pro ecclesia fecit: & de Paschate nihil· Cui successit consequenter: Cornelius Lucius primus/ Stephanus primus/ Sixtus· ii· Dionisius primus/ Felix primus/ Euticianus/ Gaius/ Marcellinus: Hii omnes gloriosi Martyres: Quibus successit (secundū aliquos) Marcus cōfessor/ qui de ecclesia multa bona scripsit/ & de Paschate nil: usq; ad Annū dñi· CClxxxiiii· hii saltē preuenissent tūc errorē paulatim accrescentē· Post quos successit Marcellus primus martyr: qui inter alia bona instituit Conciliū generale nō posse celebrari absq; auctate Papæ· Dcccclxviii· quod in libro nostro de Concilio nup impresso satis elucubratū est/ ac apertum· Post quem successit Eusebius Græcus· Post quem Melchisedech martyr Affricanus: cuius tpe scd̄m Gregoriū inlaudabile fuit Ep̄atū appetere· Deinde Siluester Ro· cōfessor: cuius iussu/ & Imperatoris instinctu celebrata fuit Nicena synodus: in qua Arrianū dogma hereticum: ipsumq;

Arrianū presente Heresiarchā condēnauerunt: & mi
ssi sunt ad Bithiniā. Hinc Marcus Ro. Postea Iulius Ro.
postea Liberius cōdēnatus hereticus ppe Scismatis.
Cui successit Felix. ii. Ro. sctūs uir. Postea Damasus
noster Hyspanus: hic multa circa festa Calendarij/ &
diuina officia: & cātare chorū: etiā ordinauit in ecclia
Gloria pri: etiā Conciliū uniuersale Constantinopo.
uidelicet cōtra Macedoniū celebrare fecit: sed de Pas
chate nihil. Et isti fuerunt ad Annū dñi. CCClxiii. in
quo iuxta supputationē pdictoꝝ libroꝝ iam error ille
inceperat aliquātispar pullulare/ & sic cōsequenter ac
crescēdo: sed de Paschate nusq. Quibus successit Cir
cius Ro. Anastasius. i. Ro. Innocen. i. Albaneñ. Zo
zinus: qui inter alia statuit/ ut cereus paschalis bñdica
tur/ & de Paschate nil. Deinde Bonifa. Celesti. Sixtus
iii. Ro. Leo. i. scientificus & eloquētissimus in doctria
multū catholicus: qui synodū Calcedoneñ. iussit cele
brari mediāte Martino Impatore: & tpe huius Pont.
misteriū sctissime Trinitatꝭ in Gallis euidēti miracu
lo fuit demōstratū: nā cū Eps qdā uidit sup altare tres
guttas clarissimas equalis magnitudinis cadere: quae
simul defluētes/ & in unū cōiunctę gemmā pulcherri
mā fecerūt: quā cum Eps in medio crucis apposuisset
oēs aliae ceciderūt. Demū Hilarius/ Simplicius/ Felix
iii. Cui successit Gelasius: q multa bona in ecclia fecit
circa diuia officia/ & festa: & de Paschate nil. Hic Im
patorē quēdā excōicauit: & ipm excōicari posse oñdit
xcvi. di. Duo. Post quē Anastasius. ii. Ro. Cui succes

sit Siniacus/Sardus uir bonus/Ormisda/Campanus
Ioãnes primus/Martinus iustus martyr: Cui successit
Felix·iiii·Bonifacius·ii·Ioannes·ii·ante quem Impe-
rator humiliauit se prostratus in terra: Cui successit
Agapitus primus/Siluanus martyr/Virgilius/Pela-
gius: qui iussit Concilium Cõstantinopoli celebrari:
Cui Ioannes·iii·Benedictus primus/Pelagius·ii·Cui
Gregorius primus/uir maximæ sanctitatis Romanis
hic miraculo cooperante/totũ diuinũ officiũ adornt-
uit; hic nec de Paschate/nec de asserto errore prædicto
rum uitando/aut ass nihil: Cui successit Sauianus pri
mus Tuscus/nõ bonus: Cui Bonifacius·iiii·uir sancti
ssimus/Romanũ·Bonifacius·v·Honorius primus/Se-
uerinus/Ioannes·iiii·Theodorus primus: qui statuit
Cereũ benedici in Sabbato sancto: sed de Paschate ni
hil·Isti fuerunt/usq; ad Annũ xpi·CCCCCCxxxiiii·
post quẽ Martinus primus: qui cõuocauit Synodũ in
Vrbe/Eugenius primus/Vitellanus/A deo datus·iiii·
Cui Bonifacius/Agillo/Leo·ii·qui pacem post Agnus
instituit/Benedictus·ii·Ioannes·v·Zeno/Sergius/
Leo/Ioãnes·vi·martyr/Ioãnes·vii·Sicimus/Constan
tinus primus/Gregor·ii·Gregor·iii·Zacharias græ-
cus/Stephanus·ii·Paulus primus: qui fecit constitu-
tionẽ de diuino officio obseruãdo in Quadragesima:
& de Paschate nihil: & fuit uir sanctus & mitissimus·
Et isti usq; ad Annũ xpi·CCCCCCCliiii·in quo er-
ror iam præmissus fuisset notabilis: & de Paschate ni
hil: nec minus de eo quicquam dixere·Huic successit

Constantinus: huic successit Stephanus: qui omnia & singula errata per Constantinū in sacrosancta Synodo tpe Caroli Imperatoris reuocauit/ paucis demptis: Cui successit Adrianus primus magnificus & praeclarissimus: cuius magnificentiā praecipue in piis edificiis ostendit: duasq; Synodos celebrauit/ & de Paschatis mutatione tribil. Regnauit Annis. xxiii. Cui Leo. iii. cōfessor/ Romanus: qui post multas afflictiones & graues/ a Rege Franciae extollitur & sublimatur cū maxima gloria post magnā personae afflictionem. Huic successit Stephanus. iiii. Pascalis primus/ Eugenius. ii. Valentinus/ Gregorius. iiii. Sergius. ii. Leo. iiii. qui serpentina prudentia uiguit/ atq; columbina fuit in illo simplicitas. Post quē fuit Benedi. iii. Fuitq; Nicolaus primus / Adrianus. ii. Ioannes. viii. Martinus. ii. Adrianus. iii. Stephanus. vii. Formosus Bonifa. vi. Stephanus. vi. Romanus primus. Theodorus. ii. Ioānes. ix. Benedictus. iiii. Leo. vii. Christoforus primus/ Sergius. iii. Anastasius. ii. Laudomen̄. Ioānes. x. Leo. vi. Stephanus. vii. Ioannes. xi. Leo. vii Arsanus. viii. Martinus. iii. Agapitus. ii. Ioannes. xii. Benedictus. v. Leo. viii. Benedictus. vii. Ioānes. xiiii. Ioannes. xv. Ioannes. xvi. Gregorius. v. Ioannes. xvii. Siluester. ii. Ioānes. xviii. Ioānes. xix. Sergius. iiii. Benedictus. viii. Ioannes. xxi. Benedictus. ix. Siluester iii. Gregorius. vi. Clemens. ii. Damasus. ii. Leo. ix. Victor. ii. Stephanus. ix. Benedictus. x. Nicolaus. ii. qui Conciliū cōtra Berengariū celebrauit. Alexander. ii.

anctus uir synodi°celebrauit• Victor qui Concilium celebrauit apud Clarũmõtem; qui instituit horas btē Virginis debere quottidie dici / & officium in diebus Sabbatinis celebrari; & hij de Paschate nil; & fuerunt usq; ad Annũ dñi Millesimũ octuagesimũquartum afferto errore iam magis ac magis aperto• Quibus suc cessit Pascalis secundus• Gelasius secundus / qui Salue regina instituit• Calixtus secundus• Honorius secun/ dus• Innocentius secundus / uir ualde deuotus / & san/ ctus• Celestinus secũdus• Calixtus tertius• Lucianus secundus• Eugenius tertius• Anastasius tertius• Adria nus quartus• Alexander tertius; qui duo Concilia cē/ lebrauit / Turronis uidelicet / & in Vrbe: de Paschatis uero mutatione nihil• Lucius• iii• Vrbanus• iii• Grego rius• viii• Clemens• iii• Celestinus• iii• qui in festo san/ cto Paschatis uoluit coronari / & de Paschate nihil; Et fecit fieri Palaciũ apud sanctũ Petrum• Innocentius iii• uir magnæ sanctitatis / & ecclesiæ multũ utilis / de Paschate nihil• Honorius• iii• qui sacrum ordinē no/ strum Prædicatorũ / & Minorum cõfirmauit• Grego/ rius• ix• qui Decretales compilauit / in quibusquidem omnibus multa de festis Anni / sed de Paschatis mu/ tatione nihil / iam errore afferto magis magisq; apto• Celestinus quintus• Innocentius quartus• Alexander quartus• Vrbanus quartus• Clemens quartus• Grego rios decimus• Innocentius quintus• Adrianus q̃tus• Ioannes• xxi• Nicolaus tertius• Martinus q̃rtus• Ho/ norius quartus• Nicolaus quartus• Celestinus qntus•

Bonifacius octauus. Benedictus undecimus/sacri ordinis nostri Prædicatorum uir sanctus/ & multis miraculis corruscans. Clemens uasco/qui præsedit in Concilio Viennen. Ioannes uicesimus secundus: qui Clementinas hincinde . & per studia uniuersalia publicari fecit:in quibus omnibus de Paschatis mutatione & iuxta assertum errorem tunc tam longe apparentē nil penitus. Hi fuerunt usq; ad Annos. M. ccciiii. Postea Benedictus duodecimus. Clemens sextus. Innocentius tertius. Vrbanus quintus. Gregorius undecimus. Item. Vrbanus sextus. Clemens septimus. Bonifacius nonus. Benedictus. xiii. Innocentius septimus Gregorius duodecimus. Alexander quintus. Isti fuerunt temporibus Scismatis/Ioannes. xxiii. Martinus quintus. Eugenius quartus. Felix quintus. Nicolaus Calixtus tertius. Paulus secūdus. Sixtus quartus. Innocentius octauus. Alexander sextus. Pius tertius. Iulius secundus penultimus & prędecessor Sanctissimi domini nostri domini Leonis Papę Decimi: cui Iulio cum alĳs oblata fuerat hæc materia / ut Pascha mutaretur/abhorruit: nec quicquā determinare curauit: ut a uiris fidedignis suscepimus. Hi quidem omnes/cū plurimis sacris Concilĳs præcesserūt/inter quos multi Martyres/& sanctissimi uiri fuerūt/& istud sacrum Pascha afferto errore paulatim magis elucēre per mutationem sedium in Calendario ipsum mutari: Ideo nequaq̄ uoluerūt: sed usum hūc nihilominus quotidie obseruarūt: quē ut a. ss. emanatū & p. M. ānos & citra

ab eodem retentũ & confirmatũ rite uniuersalis eccle sia/mater omniũ fideliũ & magistra: quæ errare minime potest/recte inq̃ sanxit & obseruauit: nec per supputationẽ momentorũ/ ac minutiarũ cœlestiũ orbium uoluit hoc fidei primũ (ut asserunt quidã) sacramentũ mutare: habemus cõputũ: nec ope Astrologorũ indigemus: nec ipsi in Cõciliis uniuersalis Ecclię uocari cõsueuerũt: quoniã nõ est nostrũ zc. Quæ omnia sub correctione sacrosanctæ matris ecclesiæ (pro cuius pace laboramus) dicta sint: quę omni temeritate reiecta omni cũ humilitate scripta esse ingenue profitemur: & uolumus.

℃ Vicesimũquintũ fundamentũ ex uetustissima cõsuetudine Ecclesiæ ulis zc.

EX uetustissima a Mille Annis/& ulrra semp seruata & practicata consuetudine/ illam semper & continuo sancta Sede Apostolica approbante seu permittente & practicante: Nec habetur aliqua memoria in contrarium / a tota uniuersali Ecclesia inuiolabiliter obseruata: hanc consuetudinem laudabilem/ hũc a Spiritusancto introductũ usum de primo sacramento Paschatis nõ deberi uiolari aut alterari ex hoc apertũ esse dinoscit. Pro isto fundamento firmando sunt aperti textus in cap. Cõsuetudinis. xi. dist. & . xii dist. c. Sit sancta Ro. Ecclesia. x. q. i. c. Deleuimus. Et quia datur diuersitas consuetudinis cõmuni iuri non contraria/nõ est reprobanda. c. Nouit. & . c. Frequẽti.

xii·dist· & consuetudines Ro· Ecclesiæ maxime sunt seruandæ·xi·dist·qui in fi·&·xii·dist·c·i·in fi·Et contemptores consuetudinis ecclesiaꝝ/maxime sunt coercendi·xi·dist·in his rebus:& consuetudo confert ordinariã iurisdictionẽ·ix·q·iii·cap·Conquestus·Et consuetudo uincit legem·l·ii·C·quæ sit longa cõsuetudo· Et consuetudinis trangressor punitur:ita tenet Spec· in ti·de Aduoca·§·mundi/de exordiis: uersu/Vel tale quid·Ostieñ· in optima legũ interpres·Spec·in ti·de locato:uersu/Nũc aliqua·Et dixit Spec·in ti·sententiis·§·ii· uersu / Sed nunq̃ Iudex quod consuetũ fieri omnino fuerit/omnino obseruare debet·Et idẽ Spec· in ti· de fide insttumentoꝝ editione·§·i· ꝙ standũ est cõsuetudini super Indictione/an sit ponẽda in instrumentis/uel ne· Et licet Decimæ sint de iure diuino/nihilominus super solutione earũ standũ est consuetudini:Ita tenet Spec·in ti·de Decimis·§·ultimo: Quęritur· Et ualet consuetudo de nõ residendo in ecclesia uel monasterio:glo·in·c·cũ oẽs:de constitu·in Sexto· & glo·in·c·Dudũ:de elect·Et ualet cõsuetudo/ꝙ Abbas non benedicatur quandoq;/& quandoq; sic:tenet Car·in Cle·ii·§·Statuimus:de sta·mo·Et quando consuetudo est tanti temporis/ꝙ nõ habetur memoria in contrariũ habet uim priuilegii Principis· l·ii·§·Ductus aquæ; de aqua quottidiana· Et est una glo·in·c· super quibusdã·§· Præterea:de uerb·sig·iii·q·vi·cap· Hoc quippe·ix·q·iii·c·Conquestus·lxv·dist·Mos antiquus habet uim constitutionis & legis·l·i·§· deniq;

in secũda·ff·de aqua·pluuia·arcen·& est seruanda ad unguem·Tenet Bald·in·c·i·qui feudũ clare possunt: Cõsuetudo obseruata in maioribus ecclesiis/diesq; obseruari debet in aliis minoribus eiusdem dioc;·Car· in Cle·ii·§·Vt aũt:de religio·do·in·x·q·Et consuetudo uincit legem scriptam/ tam Ciuilem/ q̃ Canonicã: Tex·in·c·i·cum glo·de cog·spi·etiam si lex Canonica loquatur de sacramentis;ut ibi per doct·per quas etiã ĩn·l·de quibus·ff·de legi·& in·c·i·de spon·in·l·ii·C· Quæ sub longa consuetu·in antiq·& lib·vi·Et qtũs etiam si mala esset consuetudo:cuius memoria/ ut hic nusq̃ habetur in contrariũ·Sed quod ecclia pręscipt; per Centum annos/ q̃tomagis per·CC·CCC·CCCC· &·M·/& decreta·de præscrip·Et doct·super hiis Sole clarius annũciant & declarant·Hoc insup decoloraret/ saltem ad tempus totum statũ uniuersalis ecclīæ: cõtra quẽ/nec Papa/nec Conciliũ quicq̃ statuere uellent:pro quo sunt multa iura:quæ causa breuitatis ob mitto·Et quoniam nõ est nostrum nosse tempora uel momenta : quæ pater cœlestis posuit in potestate sua quod est nostrũ thema·Quæ omnia & singula dicta & scripta absq; temeraria assertione uolumus / & sub correctione sanctæ matris Ecclesiæ·Ex isto fundamẽto/& illud ex decreto Victoris argumentum:& ferme omnia alia argumenta aduersariorꝫ soluta esse uidentur sufficienter·Et quoniã in decreto uis præcepri nõ uidet̃ transire ad illud de·xiiii·Luna/& aĺs/ut supra; & sic nõ militant·

¶Vicesimũsextum fundamentũ.

EST igit' fundamentũ istud oĩum doctorũ Theologorum cõmuni opinione firmũ/& aperte conclusum: q; stante lege(nec etiam absolute loquendo) Præteritum sub ratione præteritionis maxime non fuisse per diuinam omnipotentiã fieri est impossibile: Sed absit ut istud in deo inducat imperfectionem: sed ex parte imperfectionis creaturæ prouenit: quare res ipsa in se factibilis non est: Nam sicut omne quod est/quando est/necesse est esse: Sic omne fuisse/quando fuit/necesse est fuisse/cum manifeste implicet contradictionem: Ergo per ipsum deum fieri posse est impossibile. Et ad hoc sunt plures auctoritates Sanctorum: quas breuitatis causa relinquo: cum sit conclusio beati Tho:& alioꝝ sanctoꝝ doctoꝝ. Et quoniã nõ est nostrum nosse tempora zc.

¶Ad argumenta/siue obiecta.

¶Ad primũ/quod fundat' in supputationibus Astrologicis: & de nouis ciclis zc. ex prioribus fundamentis contra Astrologos satis/superq; satis constat fuisse euacuatum: Quibus/& præcipue in hac materia/diuinũ cultum/aut potius fidem ipsam concernenté/nulla illis debet fides adhiberi.

¶Ad secundum illud/& alia: quæ fundari uidentur super auctoritatibus sacræ scripturæ/& ueteris testamenti: quas expræsserunt in dictis libris/in eoꝝ præfationibus & eplis. Ipsimet apte in qbusdã rñsionibus

in lib·xiii·absoluũt in illa pte:in qua petitur/ An Papa/aut Conciliũ ecclesiæ Pascha sic imutari possit: asserens ibi & recte illa omnia cerimonialia esse & legalia: ut infra in Aculeo patebit·Et has Lunationes/ & nouilunia beatus Paulus in Epl'a ad Ro· & ad Heb· & ad Galath·per totũ damnat·

¶ Ad aliud quod obiicit'/ꝙ tũc frigus erat/& calefaciebat se Petrus zc·etiam nunc & in Vrbe:quæ est in climate calido a·L·annis & citra cõmuniter uiget frigus/& calefaciemus nos·Et multæ sunt regiones:quę cogerent' comedere carnes: qa nõ possent habere pisces propter frigus:ut in Hibernia/Anglia zc·

¶ Ad aliud quod obiicitur/ꝙ possit quandoq; contingere/ ꝙ essent tũc Eclypses Solis & Lunæ zc·Dico ꝙ illud fuit miraculose/& pręter solitũ cursum/& usum Eclypsis/ si bene series Euangelii respiciatur cum suis expositionibus·Nec curamus de his quæ foris sunt sicut de Iudeis:ut infra in Aculeo dicetur magis·

¶ Ad illud quod obiicitur/ ꝙ posset Pascha in mense imundis deputato contingere/negat' præsuppositum cum huius obseruantia cerimonialis sit/ & legalis: & omnia munda sint nobis·

¶ Dico secũdo/ꝙ si permitteret deus tantũ differri huiusmodi tempus/ꝙ tunc ęstum retinuisset/aut in Autũno frigus/ne corporibus noceret humanis/ suosq; fideles non grauaret Populos: quemadmodũ tpe belli Iosue pro populo Israel Solis cursum consuetũ miraculose deũ retinuisse sacra insinuat scriptura · Eadem

enim potentia ille qui fecit Solem in potestatem diei/
posset eius compescete ęstus.

℄ Dico tertio/ ꝙ hmōi supputationibus/ mi nutiis/& Astrologoꝝ momentis: per quas fabricant/& annūciare contendūt hmōi futura tempora/ nō est adhibenda fides; ut patet ex prædictis.

℄ Dico ulterius cū Medicoꝝ famatissimis sententiis quibus præcipue de corpoꝝ humanoꝝ dispositionibus cōuenit disputare/& discernere/ ꝙ nō est aliquod tempus magis dispositū pro ieiunātibus / q̄ sit istud/ solitumq; ab Ecclesia obseruati. Auicenna sccūda pte cap. vi. dicit: Nulla aūt res est/ quæ ita tueatur ab ęgritudinibus ueris/ quemadmodū Fleubotomia/ & inanitio & diminutio comedendi. Idem tertia pte. c. i. In Veris quidē principio succurrendū est ad minuendū & ad bibendū tatarticū scd̄m ꝙ necesse est; scd̄m consuetudinē in ipso quoq; proprie uomitus prouocādus est; & omtiis tes multū calefaciens & humectās est diminuenda ex cattibus & potibus zc. Ratio aūt quæ potest habeti : quia tpe Hyemis propter gulositatem exetcitii paruitatē resolutionis prohibirionem/ multiplicant humores crudi : Ver aūt humores crudos ratione caliditatis suæ eliquat/& facit currere p corpus: quia natura multū occupat circa digestionē taliū humoꝝ: Si aūt occuparetur etiā circa cibaria/ temanet ēt hmōi humores/& essent causa ęgtitudinū zc. Et Aliabas pri. p. c. vi. Oportet aūt multiplicare cibos in temporibus frigidis/ quādo calor congregat intra corpus

caueanturq; in tpibus caloris• Hypoc•vi•aust•xlvii•
quibuscũq; fleubotomiis/ aut sermaria; conuenit hos
uere fleubotomare/ aut sermatum dare • Et Galienus
secundo reg•acut• In quorũ corporibus multæ generã
tur superfluitates/ oportet accelerare purgationes Ve
ris principio/priusq̃ liquescant humores congelati in
Hyeme•Idem in eodem ; Ver explicat sanguinem/&
ampliorem q̃ fecerit facit•Patet ergo/tanq̃ p ebulitio
nẽ/ut non sit facile uenis illum continere; quia zc•Ex
quibus apparet igitur/q̃ magis crescente ęstu/adhuc
minus Ieiuniũ corporibus noceret humanis • Sed de
his alĩs in Tractatu:quem fecimus de non diuidenda
Quadragesima/ dicimus latius• Sicq; opponentes ex
hoc nihil habent ; imo magis usui(quam nunc eccl'ia
de Quadragesima obseruat) apertius fauẽre uident̃•
¶Ad aliud: qđ de personat;/& Mascharis obiicit̃•s•q̃
inciperẽt ante Natale/uel post Pascha/ sicut Neapoli
fit:nec est uis de isto•Dico etiã q̃ illa consequentia nõ
ualet : Lunam•xiiii•uniuersalis Ecclesia nõ sequitur:
quia arguitur a dicto secundũ quid/ ad dictũ simpli
citer/ut patet infra; Ergo errat/seu est in errore• Quæ
omnia & singula sub correctione sanctæ matris ęccle
siæ/ & Sanctissimi dñi nostri Papæ castigatione beni
gna dicta & scripta esse uolumus•

¶Difficultates quædam: quibus per oppo
nentes/& aduersarios quæso responderi•

¶ Prima ; Si Lateraneñ• Sacerrima Synodus(cuius

correctioni totum submittimus opus) iuxta quorundam scripta/ iamque per orbem impressa/ & undique promulgata/ Pascha sanctũ anticipari/ totumque Annũ in suis festiuitatibus discernat cõmutari/ credens informem esse scripta quæ tenent/ & aperte sonant/ uniuersalem ecclesiam circa sacramentũ fidei primũ/ scilicet Pascha/ esse actu/ & fuisse in errore notorio: tũc nedũ per Papæ scripta: sed per sacri Concilii decreta impii concludere possent: duplicique uia suam *pertinaciam* dogmatizare/ q̃ hoc in opere recte euertimur: cum seruile ipsum Iudeorum pecus stimulamus: & uniuersalẽ ecclesiam nunq̃ errasse/ nec posse errare aperte in præmissis demonstramus. Et cum præteritum non fuisse deus nõ potest facere: Quonam pacto dicta Synodus poterit istud facere? quod deus ipse (ut ultimũ fundamẽtum demonstrat) modo nõ potest facere/ scilicet præteritum nõ fuisse.

¶ Secũda: Si hoc reformaret iuxta p̃fata scripta/ uniuersalem Ecclesiã defectibilem/ fallibilemque (*quia de facto sic errasse discernũt*) nõne contra cõmunem sanctorum opinionem directe concluderetur?

¶ Tertia: Si non dãnet/ sed tolleret dicta scripta iam undique passim dispersa/ & perfidorum Iudeorum/ & Paganorum oculis clarissima luce aperta: nisi per alia contraria scripta prouideatur: ut per hæc/ & similia/ siue longe maiora/ aut al's impressa/ & dispersa per Orbem: Quonam pacto impiorum ora non uocitabunt magis?

¶Quarta qualiter nisi p librū contrariū etiā præfata scripta rōnabiliter oppugnātem/ spiritualia quidē arma iam inde a Paganis præcipue sumpta poterūt ex malignis cordibus impioꝝ extorquentˀ.

¶Quinta/si Synodus sacra damnet iuxta dicta scripta/tunc duplici argumento maligna Iudeoꝝ perfidia exclamabit & uocabit uehemētius? prædictis scriptis & Concilii uniuersalis ecclesiæ apertis fulta sentētiis/ scilicet Ecclesiā errasse & fuisse in errore notorio asserentibus:quod esset execrabile dictu. His igitˀ aduersus infideliū impietatē occurrimus scriptis: ut si contingat talis error(Ecclesia ipsum permittēte) quia de pusillis & puis nō curat/ nō propterea sequitur/ecclia permittit/ seu permisit hūc errorem manifestū: Ergo ecclesia uniuersalis errat/aut errauit:nā contrariū manifeste est in facto:Nam ecclesia ipsa uniuersalis permittit peccare mortaliter/ seu lupanaria esse publica: & tamen ista est falsa:Ergo ecclesia est in peccato mortali/aut peccat mortaliter. Similiter posset dici de ista Deus pmittit peccare;ergo deus peccat/aut est in peccato. Aīs est uerū/& Consequēs est impossibile. Igitˀ ecclesiā permittere hūc paruū errorem: & qui non est peccatū/ad maiora euitandū licebit his ex præmissis ac sequenti Aculeo in infideles erectis armis/ & aliis fortioribus contra pecus seruile Iudeoꝝ assumptis iaculis eorundem pertinaciā & cæcitamem detegimus manifeste:Et uale Lector candidissime.

¶ Paruus Tractatus/aut potius Aculeus contra perfidiam & seruile pecus Iudeoꝝ.

CVm hiis nō est contendendū/siue disputandū in aliqua scientia: qui negāt principia prima illius secundū cōmunem scolam Peripatheticoꝝ predicantem/cū Aristotele/contra negantes principia non est amplius disputandū: quoniā in qualibet scientia præsupponūtur tanq̄ uera: & præcipue quando sunt superioris scientię/sicut in proposito: q̄a de sacra scriptura/& lege diuina/seu Theologia: quæ est Princeps & omniū aliarum scientiarum Regina (ut supra) Negant Iudei primā ueritatem scilicet Christum Iesum esse uerum deū & hominem filium dei unigenitū: & esse uerū Messiam: & in lege ueteri promissum: & secundā in Trinitate personā: & hmōi: quæ sunt primę ueritatis/& prima diuinæ legis principia: imo quod fortius est/negant omnē ueritatem: Psal. dicente: Nō est in ore eoꝝ ueritas. Patet sic: Omne uerū dependet a prima ueritate: sed prima Veritas est ipse Christus (eodem teste) Ego sum (inquit) uia/ueritas/& uita: Ego sum Alpha/& o/principiū & finis: quia unus est deus: & in diuinis unicū est principiū: Et ipse est uerbum/per quod facta sunt omnia: & in quo omnia cōseruantur: & sine ipso factum est nihil/Io. i. Et qui est cū ipso colligit: & qui nō/dispergit/& cōtra ipsum est. Hoc attestat tota Trinitas personaꝝ/cum scriptū sit: Tres sunt/qui testimoniū dant in cœlo/Pater/Filius/

& Spiritussanctus; & hii tres unum sunt. Et istud est primũ & pcipuũ in diuina lege principiũ. Vnde Augustinus in Quintodecimo de Trinitate sup Io. q cũ Christus sit prima ueritas inquantũ est uerbũ patris: ideo est metrũ & mensura & causa omnis ueritatis: & per cõsequens ipse est prima iustitia/& prima sanctitas/& primus fons & origo omnis ueritatis. Non est igit in ore eorum ueritas / apt eorum uanũ est. Et cũ sine fide xpi impossibile sit placere deo: nec ipsi in obseruãtia etiam preceptorum legis placent: nec minus aliquod opus bene agere possunt: & sic omnis actio eorum mala. Et sicut nobis fidelibus omnia cooperãtur in bonum per fidem Christi: sic ipsis per infidelitatẽ & pertinaciam oĩa cooperantur in malũ: & nolentes intelligere ut bene agãt/in pctis suis moriunt; sicut dixit eis xps Iesus; Vos ex patre diabolo estis zc. Quomodo igitur de uero die Paschatis nostri poterũt ipsi iudicare: qui Solẽ iustitiæ/uerũ Pascha nrm/ p crassã supinã ignorãtia/ipriq; obcęcatũ pecus hoc uidere rennuũt? Sed iaculemur rursus etiã seruile hoc pecus Iudeorum: cũ ex sententia Augustini patet ipsos iudicialia legis nõ obseruare: quia negant omnẽ iustitiam.

¶ Secũdo ipsi negãt totam diuinã legem. Patet: quia lex dñi imaculata conuertens animas / nullam penitus includens falsitatẽ. Et testimoniũ dñi fidele (teste Dauid propheta) q testimoniũ & lex fuit: q Christus est uerus Messias/& uerus deus/& homo: & in ueteri lege promissus: quod aperte per ipsam diuinã legem/

& per testimoniũ dñi / qd iurauit ad Abraã/& semini eius in secula. Iurauit/inq̃/& nõ pœnitebit eum se daturũ nobis/per nostræ naturę assumptionẽ/uidelicet. Ipsum negant/& nouũ testamentũ igitur.

¶ Sed iaculemur quæso adhuc pecus istud fetidum: quod iacet inter imunda sacrificia mortuoꝝ/& infidelitatis. Furor illius secundũ similitudinem serpentis: & sicut aspidis surdæ obturantis aures suas. Est enim serpens Vipera/& ipsum pecus simile illi: quæ a natura est homicida/fratricida/& matricida: Nam primos fratres ex inuidia occidit/& dilacerat/& mordet: primũq; prius uolentem exire uterũ & uuluam mordendo occidit:& sic consequenter alios post. Sicq; euisceerat matrem in hmõi exitu interimit ipsa Vipera/secũdum Constantinũ de naturis animaliũ in lib. sic ipsi Iudei inuidia/& ueneno cupiditatis/& ambitionis affecti Christũ primo per baptisma exeuntem ab utero & uulua ueteris legis/in qua tanq̃ semen in utero continebatur: quia semen est uerbum dei/primũ occiderunt: postea alios fratres suos Apostolos interimerũt. Et rursus/quod deterius est/ad ipsam matrem mortuã idest legalia & cerimonialia / lętaliaq; & mortalia/ ac fetida/ deoq; abhominabilia / pecus istud Iudeoꝝ per obseruantiam huiusmodi reuertitur. Viri iniquã sanguinũ/gens contaminata/& infecta nimis/ fratricida quoq;/ & homicida. Pecus enim in cadauere mortuo cerimonialium/legaliumq; obtrusum:& obturans ad instar Aspidis surdæ aures suas/ne audiat uerba Iesu

Christi & Aplo℞ incantantiū sapienter insipiens cor eo℞/credentes se esse sapientes/stulti facti sunt. In eis item recte completū illud dictū Psal. Non solū os habent & nō loquentur/sed aures habent & nō audient: & oculos habent & nō uidebūt. Et sicut uenenū Aspidum est insanabile/sic & cecitas & pertinacia ipso℞ incurabilis est: quoniā nō uult intelligere/ut bene agat. Et rursus: Cū surdo/muto/& ceco quis disputabit/aut contendere potest? Quid inquā ad nos de eo/& de his que foris sunt: Ipse eni nec Pascha suū inuenit/ut predicti Astrologo℞ libri demonstrant: nec Sabbati(ut patebit infra) recognouit diem: Quomodo ueri Paschatis nostri recognoscere poterit tempus? Nunquid Neomeniā/ & nouā lunam / seu lunationes in nostro primo sacramento fidei cū ipsis recolemus? Absit/ & auertat deus: cū nedum prohibita/sed mortifera sint/ & letalia(ut infra & supra insinuat) Nos/ inqt Apostolus/ predicamus Christū crucifixū/ Iudeis quidē scandalū/Gentibus aūt stultitiam. Et rursus ait idem Apls: Verbum Crucis pereūtibus stultitia est; his aūt qui salui fiūt. i. nobis uirtus dei est. Et xp̄s Apostolis dicentibus ei q̄ scandalizati essent de eo: Sinite eos/ ait quia ceci sunt/& duces eo℞. Nō igitur nos sumus ipsis ludibrio: sed pecus ipsum est nobis/ & toti mundo opprobriū/& ignominia: est etiam extra statum salutis. Quid igitur ad nos de his quæ foris sunt?

¶ Tertio/ipsi nō solū legis effectū finem & perfectionem; qui xp̄s est/ negantes/ ipsum negant; sed etiam

ipsius legis noui & ueteris testamẽti; scilicet/etiã effi-
cientem causam/& conditorem. Patet: quia Christus
est deus: Ergo unus deus: quia ipse dixit per Prophe-
tã: Audi Israel/dñs deus tuus unus est/& nõ sunt plu
res dii essentialiter sed unus deus: & hic dedit legem:
quã postea adimplere uoluit/dicens: Nõ ueni soluere
legem: sed adimplere. Et sunt iterũ per blasphemiam
crucifigentes eũ: Erunt filii hominũ iterũ Christum
crucifigentes/dicit beatus Paulus: ipsiusq; gloriosæ re
surrectionis cultũ ex ipsorũ ritu/& diei sumere ordinẽ
nequã est; & adducere ad hæc cerimonialia nõ uidet
esse fidei consonũ. s. Lunæ cursus & neomenia &c.

¶ Quarto/q; sequitur ex præmissis/q; Iudei negãtes
Iesum Christum/negant uerissimũ & fidelissimum
legis interpretem & magistrũ: Nam ipse uenit in hũc
mundũ/ut declararet ueritatem contentã in ueteri te
stamento: quã ipsi dicunt obseruare mentientes: Qua
re dixit xp̃s illis: Vos uocatis me Magister/& bene di
citis/sum etenim. Et probatur per illud quod dixit Pi
lato Io. xix. Ad hoc natus sum/& ad hoc ueni in mun
dum/ut testimoniũ perhibeã ueritati: qui est ex ueri-
tate audit uocem meã. Et rursus: Qui ex deo est uer-
ba dei audit/propterea nos nõ auditis: quia ex deo nõ
estis/dicebat Iudeis xp̃s/redarguens nequitiã/& cæci-
tatem cordis eorũ. Et rursus eisdẽ: Vos ex patre diabo-
lo estis/itaq; his iaculis/& similibus aculeis/hoc fer-
uile pecus Iudeorũ iaculabat xp̃s: qd & cum flagellis
eiecit de templo dei/faciens ibi qd nõ licebat.

¶ Quinto iaculari potest cęcum pecus istud Iudeorum inter imūda mortuorum sacrificia & cerimonialia obuolutum/& adhuc confixum/ & in luto perfidiæ & infidelitatis a demone alligatum persistens/quod diuinæ legis moralia minime obseruent: quandoquidē ipsum uerum deū proprie nō uideantur colere: nec eum diligunt: quod est magnū & execrabile facinus/cū sit maximū in lege diuina præceptū: Vnū cole deum zc. A quo principaliter pendet omnis lex: imo ipsum deum ex toto corde/ & ex tota nequissima mente eorum pertinaciter ipsos negare probamus: Quod patet Primo sic: Sicut impossibile est diligere Sortem & nō quodlibet quod est Sortes diligere: sic impossibile est diligere & colere deū/ & nō quālibet rem/ quæ est deus diligere & colere. Secūdo: aliquā rem quę est Plato Sortes nō diligit: & aliquam rem quæ est Plato Sortes diligit/ista implicant contradictionē: ergo & ista: Iudeus diligit & colit deū/ & tamen aliquā rem quæ est deus nō colit nec diligit: Patet/quia filium dei: qui est aliqua res quæ est deus: similiter Spiritūsanctum nō diligit Iudeus/sed blasfemat/& odio habet. Tertio odit Trinitatem/quæ est res quæ est unus deus. Et si dicat/stat bene aliquē diligere alterū / & nescire se diligere illū: ergo est sic in proposito: Hæc obiectio nulla est penitus: Nā si Iudeo dicatur: Tu colis deum/& diligis eū/ ipse concederet utique. Et si consequenter ei afferas/illū quem dixit se colere aut diligere esse trinū in personis pertinaciter negabit. Et si subiungas: Christus est ue-

rus deus / & uerus Messias in lege promissus ! & hic fuit lator/& conditor legis:nedum odit/sed audire recusat. Quarto probatur sic assumptum : Iudeus odit hanc rem / quæ est Trinitas demonstrata illa per intellectum:& hæc res est uerus deus : ergo odit uerum deum. Et similitet de cultu arguitur/ est bona consequentia:quia arguitur expositiue/ & in tertia figura. Quinto patet sic: quia quilibet odiens illud quod est uerus deus/non diligit/nec colit ipsum : sed perfidus Iudeus odit filiũ:qui est essentia diuina/quæ est deus ergo nõ colit/nec diligit deum. Sexto sic negatiue sit illud non dilectum/ & non cultum a/bene sequitur/a est non dilectum:& a/est deus:quia non potest esse ni si pater/uel filius/uel Spiritussanctus: seu essentia diuina: quæ est trinitas personarũ : & sic sequitur/a/est non dilectum/nec cultum a perfido Iudeo: ergo & /a/ est cultum & dilectũ a perfido Iudeo / istud implicat manifestam contradictionem. Est ergo intentũ & manifestum/ꝙ Iudeus non colit/ nec diligit deum:quod est primũ in lege præceptum/& ideo est in legis continua prçuaricatione deficiens in isto/iuxta illud;qui deficit in uno/ factus est & omnium reus/ adorans & colens deum/qui nusquã est;quia nec trinũ/ nec unũ colunt/nec incarnatum : ergo omnia cooperantur eis in malum.

¶ Sed ad hoc pecus Iudeorum modernorum respondet/ ꝙ Patres ueteris testamenti exhibuerũt deo uerã latriam/secundũ ꝙ deus prçcepit in lege;& tamen nõ

credebãt Trinitatem in deo/neq; offerebant tale sacrificiũ/sicut nos offerimus. Nec credebant ea/quæ nos credimus. Nec exhibebant talem latriã/ut patet per totum discursum legis. Et sic dicunt ꝙ ipsi nõ errant postq̃ sequũť fidẽ & ritũ illoꝝ in latria exhibenda.

¶ Sed isti miseri nõ euadent rationẽ/neq; futurã iram dei/imo mentiũtur:nam patres ueteris testamenti habuerũt ueram fidem de ipso futuro Messia; in qua soluim saluati sunt/& sub tali fide/& in signũ pręcii futuri per Christũ in cruce offerendi & soluendi offerebant sacrificia/exercebant cętera legalia:Et sicut tunc illi offerebant in signũ etiã figurã:quod Christus obtulit realiter in cruce. Et illud idem sacrificiũ qđ nos realiter nũc offerimus in memoriã passionis/& sic habebãt eandẽ fidem/quã nos habemus secundum substantiã de xp̃o redemptore & glorificatore: licet nõ eodem modo/neq; ita distincte. Et ideo per illam fidem accęperũt repromissiones/ & p̃miũ fidei/& latriæ/ ad Hæbreos.xi. Et sic habuerũt fidem de articulo Trinitatis/licet nõ ita distincte:quia in lege Prophetis explicatur Trinitas personarũ. Et insinuant hoc q̃dam sup Psal.xliiii.In plerisq; locis manifestãt: Itaq; sicut nunc est articulus fidei & necessarius ad salutẽ Christũ iam uenisse uerũ deũ/ & hominẽ/ & uerũ Messiã in lege promissum /sic tunc /& olim ipsum uẽterum fore erat necessariũ/& nusq̃ aliquis absq; fide Christi potuit saluari. Et sic dicendum/ꝙ Patres ueteris testamenti exhibebãt deo ueram latriã in signo & figura:

nō tamen in re. Et Abraā tres uidit/ & unū adorauit:
Nam sacrificiū Isaac/ & omnia illa alia sacrificia figu
rabant hoc sacrificiū nostrū. Ideo quando illæ figuræ
fuerunt completæ/ & uerificatæ per Christū in cruce.
Cessarūt omnia illa sacramenta: ut insinuauit Daniel
ix. cap. dicens/ q̄ post Sexaginta duas ebdomadas oc
cidetur Christus/ & tūc cessabit omnis hostia & sacri
ficiū zc. Et patet q̄ Iudei falsum deū adorant/ & cre
dunt: & falsam ipsi exhibent latriā. Et sic est dicendū
de Sarracenis/ & ceteris infidelibus. Ex quibus omni
bus sequit̄/ q̄ sola xp̄iana religio uero deo exhibet la
triam/ & per consequens uero & debito modo sanctifi
cat oīa Sabbata/ seu festiuitates respectu dei. Et male
& inique Sabbata seruant Iudei / & Pascha nequā &
mortiferū. Nam licet Sabbatū fuerit preceptū in me
moriam illorū duorū exteriorū/ scilicet/ creationis/ & exi
tus Aegypti. Tamen quia illa fuerūt etiam facta in si
gnū nostræ creationis/ & liberationis: ideo illis uerifi
catis/ debuit etiā talis memoria cessare. Item Sabbatū
fuit uerificatū/ inquantū fuit preceptum celebrari in
Septima die: quia uo sic figurabat requiem futurā in
Septima die mundi: in qua Christus uenit: Nam xp̄s
per Septem dietas peregrinatus est ab Adam/ usq̄ ad
eius aduentū in Patriarchis & Prophetis: Sed in Sep
tima die/ & ætate mundi apparuit incarnatus/ & quie
uit a peregrinatione/ & operibus legis/ facta redemp
tione/ & quieuit/ & quiescit in nobis / & nos in eo per
gratiā. In toto isto Septimo die mūdi/ usq̄ ad Secūdū

aduentum. Et sic est dicendũ de cæteris Sabbatis an-
nalibus: quæ fuerunt præcepta celebrari in fine alicu-
ius septenarii. Ex quo igit̃ patet/ q̃ omnia illa debent
cessare. Itẽ deus uerificauit Sabbatũ inquantũ deus
præcepit/ q̃ nullus accenderet lumẽ in domibus suis:
quia in tali die Christus lumen mũdi iacuit mortuus
sepultus & extinctus/ & clausus in sepulchro/ prout il-
lud figurabat. Ergo post sepulturam Christi amplius
nõ est celebrandũ. Probatur secũdo ista cõclusio: Nã
Sabbatum fuit mortuũ / & nõ resurrexit cum xp̃o/ er-
go cessauit post resurrectionẽ xp̃i. Consequẽtia patet.
Antecedẽs probat̃: nã Christus fuit crucifixus in die
Pascæ/ quod tũc accidit in die Veneris: Ergo fuit Pas-
cha crucifixũ cum xp̃o: & per consequens fuit etiã se-
pultũ cum xp̃o in eodem die/ quia omnia cerimonia-
lia quæ ad Christũ ordinabantur/ fuerũt cum eo cru-
cifixa/ inquantum Christus erat finis & ueritas legis:
quia omnia legalia tendebant in ipsum / tanq̃ in finẽ
& terminũ: ergo cũ eo omnia legalia crucifixa sunt/ &
sepulta: & per consequens fuit Sabbatũ cum eo sepul-
tum: quia per totam diem fuit cum eo clausum/ & si-
gillatũ in sepulchro: Sed q̃m xp̃s resurrexit/ neq; surre-
xit cum eo Pascha / neq; Sabbatũ: quia in sepulchro
manserunt: sed sola dies Dñica surrexit cum Christo.
Et sic patet q̃ Sabbatũ cum Pascha fuit incineratum
i sepulchro/ & Neomenia: & huiõi cũ omnibus & cæ-
ris legalibus/ per consequens neq; Sabbatum / neq;
scha debent amplius celebrari: quia res mortua / &

memorata nō debet celebrari• Hanc conclusionē probat Apostolus ad Colossen• secundo/ & ad Romanos nono• Esaias primo ostendens post aduentum Messię Sabbatum/ & cętera legalia abolenda/ & nō acceptabilia deo: Dicit dn̄s/ Non offeratis ultra sacrificium frustra/ incensum abhominatiōis mihi est: Neomeniā/ & Sabbatū/ & festiuitates alias non feram• Iniqui sunt Cœtus uestri: Calendas/ & solemnitates uestras odiuit anima mea• Ex quo patet/ ꝙ post aduentum Christi Sabbatum/ & cętera legalia/ non solum sunt cassa: sed etiam deo abhominabilia• Itē Esaias• lxvi• Dicit dn̄s ꝙ non solum mutabit templū & sacrificia ueteris legis: sed & etiam sacerdotium ad conuersos de populo gentili: & mutabit omnes festiuitates/ & Sabbata• Vnde ait: Mittam ex eis qui saluati fuerint: & annūciabunt gentibus gloriam meam: & assumam ex eis Sacerdotes/ & Leuitas dicit dn̄s: Quia sicut cœli noui/ & terra noua: quæ ego facio stare coram me: sic stabit nomen uestrū/ & semen uestrū/ & erit Mensis ex mense/ & sabbatū ex sabbato zc• Ex dictis patet/ qualiter xp̄s debebat creare nouā ecclīam & noua sacrificia / & nouū Pascha/ & nō Neomeniā/ & nouos sacerdotes: & p̄ cōsequens totā legē / quia translato sacerdotio necesse est ut legis trāslatio fiat• Ex qbus asserūt Talmutistę ꝙ quādo ueniet Messias in lege promissus/ debet mutare omnes festiuitates/ & cætera legalia• Et per consequens patet ꝙ non sunt ęterna simpliciter: prout cęci arguūt contra nos• Et sic contradicit sibi ipsi infandus

pecus hoc seruile Iudeorum. Item Hiere. xxxi. Ecce dies ueniet(dicit dns) & feriam domui Israel/ & domui Iuda fedus nouū: nō secundū pactum/ quod pepigi cum patribus eorum/ cum educerem eos de terra Aegypti/ & patria. Post dies illos(dicit dns) dabo legem meam uisceribus eorum/ & in cordibus eorum scribam eam &c. Ex quibus patet/ q rex Messias aliam legem/ & aliud pactum erat daturus in aduentu suo: & nō erat daturus legem scriptā in cartis/ sed in cordibus & uisceribus hominū/ per seipsum prædicando in persona. Et per cōsequens illud Sabbatū/ & cætera legalia erant abolenda. Hoc idem probat Danielis. ix. ubi computatis lxxii. Ebdomadis/ dicit: q in ultima Ebdomada occidetur xps: & cessabit hostia/ & sacrificiū: & in templo erit abhominatio/ & desolatio: & per consequens cessabit Sabbatū: in quo talia sacrificia offerebant. Ozeæ. xx. cap. Vbi cū dns cōminatur reprobationē populi Iudaici/ & huius pecudis seruilis: & prædicit electionem/ & substitutionē populi gentilis. Inter cætera dicit: Cessare faciā omne gaudiū eius/ & solemnitatem eius/ & Neomenias eius/ & Sabbatū eius/ & omnia festa & tpa eius. Idem. iii. c. subdit: Multos dies sedebūt filii Israel sine Rege/ sine Principe/ & sine sacerdotio/ & sine altari/ & sine effot & therasin: & post hæc reuertentur filii Israel/ & quærent dnm deum suū/ & dabit regem suū/ & pauebūt ad dnm/ & ad bonū eius in nouissimo dierū suorum/ post mortem Antixpi. Possent adduci ad hoc quasi infinitæ Auctoritates Prophetarū:

idem aperte concludentiũ: quas breuitatis causa ob-
mitto. Et quomodo in xp̃o (ad quem omnia tendebãt
& diri gebant) ipso moriẽte pro nobis in cruce / affixa
& in sepulchro / mortua & incinerata fuerũt: nec am-
plius resurgent / nec resurrexerũt cum ipso. Paret unũ
aliud præcipue inter alia: ex omnibus præmissis. Ne
menia prohibitã esse: quæ per nouiluniũ / siue lunatio-
nes / seu reuolutiones Lunæ celebrabatur: quare ex illis
Lunã sic celebrare consequitur (ut quidã arbitrantur)
nõ uidetur satis tutũ pro nũc. Secũdo sequit / & aper-
tum est / & Pascha / & Sabbata Iudeorum etiã mortua &
incinerata / ipsiq; in obseruatione ipsorum cæci aperte er-
rantes / Pascha nostrũ quomodo uidere poterũt? Quo
nam pacto Pecus istud tenebrosum / & obscuratũ nr̃i
sacri Paschatis lumen & festũ iudicare poterit / uel in-
tueri / sapiens quisq; præmeditetur. Ex quibus omni-
bus iaculari etiã & uehementius potest serile pecus
istud Iudeorum: quia nõ seruant legem mandatorum dei:
qui nõ seruãdũ Sabbatũ post xp̃i aduentũ præcepit:
cetera incinerata sunt. Littera quã habẽt mortua est:
dicente Ap̃lo: Lr̃a occidit / spiritus aũt uiuificat. ii. ad
Cor. iii. Lr̃a enĩ occidit eos / Spiritussanctus uiuificat
nos. Modo certũ est q nullũ occidens mortuũ & inci-
neratum est lex: ergo talis ritus seu secta nõ est lex. Et
sic patet / q pecus hoc modernorum Iudeorum postq̃ xp̃m
crucifixit / factũ est de uinea Sodomorum & Gomorreo-
rum: ut in cantico suo prædixerat Moyses / de Vinea
Sodomorum: Vinea eorum & de suburbanis Gomorræ.

Et ideo fructus eorũ/sicut uua fellis/& botrus quo paſ
citur pecus iſtud/botrus amariſſimus/fel draconũ ui-
num eorꝶ/& uenenũ aſpidum/& inſanabile: Nõne ait
deus per Prophe. Hæc cõdita ſunt apđ me: & ſignata
in theſauris meis.i. in xpĩfidelibus. Mea eſt ultio/ &
ego retribuã eis in tpe. Immo/qđ peius eſt/ipſi rogant
cõtra ſeipſos nam/ quando legũt Pſal.cviii.|& omnes
Pſal.in quibus cõtinentur/ & prædicunt punitiones
crucifixorꝶ xpi:tũc cõtra ſeipſos orant miſeri & cęci/&
ſniam dãnationis eorꝶ legũt:& ſic oratio eorꝶ uertit in
peccatũ/& in dãnationem ſibiipſis. Sed petes/Quare
ergo deus pecus iſtud Iudeorꝶ pmittit uiuere: Rñde-
tur/ q deus uoluit eis prorogare uitam propter Tria:
Primo/ ne inimici fideles ſuperbirent/& gloriarentur
de uiribus ſuis/& attribuerẽt uictoriã diis ſuis. Secũ
do/ut Iudei ſaperẽt & intelligerẽt ſcripturas/& conſi-
derarnet punitiones factas/& per illas cauerẽt futura
pctã/&preuiderẽt nouiſſima miſteria de xpo & ecclia
& reciperent xpm in aduentu ſuo/ ne ſibi eſſent rebel
es iterũ ſicut prius. Tertio ne Gentiles putarent deũ
noſtrũ fore impotentẽ/& uictũ:& non potuiſſe iuua-
re cultores ſuos:ſed ut Iudei cognoſcerent illã punitio
nẽ ſibi fuiſſe inflictã propter ſcęlera & pctã: & ppter
idolatriã/ deo permittente eos rebellare Regi Babilo-
niæ/& per ipſum affligi. Erũt uſq ad diem iudicii/&
in fine cõuertentur. Gens igitur abſq conſilio/& ſine
prouidẽtia/utinã ſaperẽt & intelligerẽt. Pecus inq ſer
uile/& deterius;ac Boue & Aſino durius; Nã teſte pro-

pheta: Cognouit Bos possessorē suū/& Asinus presepe dñi sui. Igit̃ pecus istud seruile Iudeoꝝ/si contra imaculatū Agnū xp̄m benedictum/ uerumq; Pascha nostrū adhuc erigi contingat/ Aculeo isto Lector candidissime/ per Cyprianū magno cū fidei feruore acuratissime excusso/& tibi porrecto uehemēter stimulabis Cōpunges quide ipsum ut (Spiritu sancto cooperāte) de tenebris ad lumen Christianæ fidei / & ueritatis pueniat. Quæ omnia/ & singula dicta & scripta sint sub S. dñi nostri Papæ/& sanctæ matris Ecclesiæ correctione/& castigatione benigna.

¶ Finis Aculei.

¶ Sequitur Apologia.

¶ Ad totius Ecclesiæ uniuersalis gloriā/ & honorem/ ac pacem/ Magistri Cypriani Beneti Doctoris Parisieñ. ad Astrologos/ nostræ ętatis famosiores/ Apologia breuis.

CVm inueniendæ ueritatis/ac sanctæ fidei christianæ firmandę/augendæq; gratia/ litterarum monumentis / continuisq; disputationibus/ doctissimi uiri ita uicissim certare consueuerint: ut non liuore/ non emulatione / nec aliquo detrahendi / maledicendiue genere impulsi: Verum summa caritate / & incredibili / ac quasi diuino quodam (erga ueritatem ipsam / publicamq; cōmoditatem) ardore inflāmati:

hæc omnia: quæ pclara & uera censent / posteris reli-
querint. Consentaneũ mihi (ut minima sũmis confer
re liceat) eodem instituto dignissimi Astrologi / nostræ
tempestatis facile Principes cõtendere ursum est: Cũ
nuper quasdã lucubrationes: quorundã Astrologorũ
uiderim: quæ nõ parua scribendi / differendiq; occasio
cũctis Christifidelibus proposita fuerit / Sacrosanctæ
matris ecclesię (cuius res agitur) paci & utilitati tan-
tũmodo studendo cõtra scribere pro uiribus / fauente
altissimo constitui. Itã m̃ / & sub isto prætextu / qt̃us sa
crũ si Conciliũ Lateranẽ. (cuius correctioni cuncta
submittimus) Pascha alterari / seu imutari decernat:
ex nũc prout ex tũc / & ex tũc prout ex nũc / illius decre
to firmissime adhęreo. Cui si quid obuiũ disputando
aut alr̃s (quia nusq̃ est inuenire perfectũ) scriptũ esse
contigerit (quod ex sinistra intentione neutiq̃ proue-
nit) illud iam ex nũc nullius esse momenti uolumus.
Quoꝝ principale uidetur ꝓpositũ de Paschatis festo
imutando: in quo oĩs uersatur mens Autoꝝ: quas ut
sincerã / & in Ecclię reformationẽ propensam / tangere
nulla ex pte existimaui. Quę aũt sctissimæ fidei xpia
næ parũ conducere uident / acerrime impugnare co-
nabor. In quo sanctoꝝ doctoꝝ Augustini / & Hiero-
nymi: qui duo uera Ecclesiæ luminaria existũt / uesti
gia sequar. Illi enim pro catholicæ ueritatis elucida-
tione: quæ in sacris eloquiis cõtinebantur (ut eorum
Epistolæ declarant) ad eundẽ finem tendentes / conti
nue decertabãt. Ad quod ipsos Astrologos affectuose

hortor & obſecto in xp̄o Ieſu: qui Mat. cap. v. eum qui itaſcit' fratri ſuo: eiq; maledicit: Triplici teatu iudicii concilii gehennæ ignis damnandū iuſto ueritatis diuinæ iudicio pronūciauit. Ad quod / & diui Thomæ Aquinatis / & ſancti Bonauenturę / cęterorūq; tum ſanctoꝝ tum doctoꝝ exemplis hortamur: Quoꝝ doctrina / ſancta mater Eccleſia (ut Sol / & Luna) refulget. Eoꝝ nāq; diſputationes / argumenta / quęſtiones / uolumina / non probroſis ignominioſiſue dictis; ſed honeſtis benigniſq; cōpoſita cōperiuntur. Cuius inſtituti / ac diſciplinæ Magiſter Chriſtus eſt / dicens: Diſcite a me / quia mitis ſum / & humilis corde. Quiq; etiam iubet nos minime eſſe iniuriaꝝ ultores; ſed inimicos diligere / & pro perſequentibus orare; maxillāq; alteram ei præbere; qui in una percuſſerit. Si ſecus / in iudicio dicet iniuriāti: Ex ore tuo te iudico ſerue nequā. Qui ſua ex uinea iniuriā inſerētes / tanq̄ palmites inutiles eiicere conſueuit. Vitis enī uera Chriſtus eſt; & Pater eius cœleſtis agricola in Euang. dicit': in qua uinea religioſi uerſantur: Quos ſi iræ / aut inuidiæ flāma aduſrat; quomodo cū uite potetunt permanere? Nō erunt igr̄ in caritate xp̄i / aſſerentis: Qui nō eſt mecū / aduerſus me eſt; & in ipſa uinea / qui ſecū nō colligit diſpergit. Quandoquidē in ſuperbiā dura & erecta ceruice xp̄i Ieſu ſuaue iugū Pater cœleſtis agricola ad hāc colendā uineam / Eccleſiā ſcilicet uniuerſalē impoſuiſſe dinoſcit': cuius filius ęternaliter genitus ab eo omnē poteſtatē accępit: in quo ſibi bene cōplacuit; qui mani

s

bus tradi nocẽtium/ & crucis (in qua pro nobis quasi ager aratus) nosq; oẽs lauaret a crimine/ nõ dubitauit subire tormentũ. Ita ęternæ nobis uitæ potum propinauit: Ac totam uniuersalem Ecclesiã sponsam suã/ ue lut ex Adam Euam suo ex latere effecit: totũq; genus instaurauit humanũ: in qua uinea cum ducem sequamur. Sub cuius legis iugo nos sua clementia subęgit: & nõ ut seruos sub lege: sed ut liberos sub gratia alligauit: mittens ad hanc uineã / ut per suã doctrinã in uitam ęternã dominicæ Resurrectionis fructũ / iam tam longo ęuo / tamq; antiqua Sanctorũ cõmunione comprobatũ/ pacem ueritatẽq; incolentes/ abunde referamus. Mixtus eteni homo hic manũ suã aratro imposuit/ ęterno Patre iubente/ Filio ducẽte/ Spiritusancto dirigente. Nunc si quorundã scientia retrahẽdus esset/ dei regno dignus nõ haberetur. Hmõi enim inconuenienti dato/ infinita quasi sequerentur discrimina. Nam ab assueta cõprobataq; tot sęculis uia uelle decedere/ labi facile posset. Aut Loth coniugis exemplo/ Christi coniunx & sponsa similis euaderet: quod miserabile factu esset. In ipsa itaq; dñi uinea insudemus/ ut fructũ uberrimũ afferamus. Quem nõ cum Luna/ nec cum Ioue colligere ualemus: sed cũ eo/ qui eam plantauit. Is enim optima & colendi & colligẽdi præcepta tradidit. Ad cuius culturã (non Albumazarem/ nec Ptolomeũ) sed uerus paterfamilias deus Prophetas/ Apostolos/ Doctoresq; sanctos instituit. Sanctum eni Augustinũ in eo libro/ quẽ de quęstionibus

Noui & Veteris testamenti scripsit / dixisse reperitur
Scrutatoribus syderũ deum ęternitatẽ ipsam nõ pol-
liceri;sed recte agentibus. Et rursus.q.xvi.ait:Astro-
logi.n.inimici sũt ueritatis:Nec aliis instrumẽtis q̃ il-
lis:quæ ęternus Agricola/& summus Opifex olim lo-
quens Patribus & Prophetis/ multifariã multisq; mo-
dis fabricauit. Nouissime aũt loquens nobis in Filio
suo:quem constituit heredem per sacram Euangelicã
lectionem. Vnde & sacra sanctorum Patrum Theo-
logalia documenta nascuntur: quæ ad præfatam ui-
neam/sanctamq; uiuersalem Ecclesiã colendam diui-
na & infallibilis disposuit sapientia. Quis itaq; tam
audax / tamq; demens sit: ut aliis instrumentis eam
colere præsumat? Quæ omnia ipsos dominos Astro-
logos minime ignorare arbitror. Tamen scripra quo-
rundam aliter sentire uidentur: quibus acerbe lace-
rant eos: qui contradicere uoluerunt: Capistratasq;
bestias/ & in Theologia Symias appellant: ac suspe-
ctos errore scripserunt: & incusarunt. Quo nihil a
domini præceptis alienius esse posset. Quamobrem
Astrologos ipsos in Christo Iesu etiam atq; etiam hor-
tor/& obsecro:ut si contra hæc:quæ in eorũ lucubratio-
nes scripsi/dicere placuerit:sacræ Theo. rõnibus/non
probrosis uerbis agãt: Id enĩ ab omni disputãdi gene-
re procul esse debet: Et præcipue ab eo/qđ ad sanctis-
simæ fidei nostræ ueritatẽ pertinet. Er odio potius/ q̃
laude dignũ existimatur. Quid si cũctis opinioni ip-
sis aduersantibus respondere maledictis satagarẽt:nõ

ne imensam maledicendi prouinciā subirent: para/
rentq; uiā ad hostimentū reddendū: Nā id natura ho
minibus insitū est/ceterisq; animātibus: ut se uitā/cor
pusq; tueantur pro honore & gloria digladiari nō du
bitent. Ego aūt pro xp̄o Iesu/ suæq; sanctę Ecclesiæ cō
modis maledicta/& mortis suppliciū sufferre paratus
sum. Cuius inmutabilis sententiæ/libri quos de Ro.
Ecclesiæ autoritate: de sanctissima Trinitate: de sacra
mento: de sacro Concilio/& supræma Pont. Max. po/
testate conscripsimus/nō paruo sunt argumēto. Hūc
piæ mentis intuitum in fidei petra summus Opisex
Christus sua pietate ita infigere dignatus est: ut eodē
duce ab ea nulla ui/ nullaq; calamitate dimoueri / di/
uelliq; poterit unq̄. Equidē pro ipsa Ecclesia palā sem
per locutus sum: nec ab aliquo ulla in parte contradi
ctum. Et quantū insuper sim fuerimq; contra Iudeos
iudaizantesq; acerbus argumentator/in ueritate & iu
stitia eorundem cęcitati / & nequitiæ hostis apertus.
Ipsa per orbem terrarū diffusa opera aperte quidem
ostendunt: & aduersantiū corda (in hac parte potissi/
mū) aculeus directe cōpungit. Pro quo imortales deo
omnipotenti gratias iugiter ago/& habeo: Cui id om/
ne accęptū refero. Si aūt ipsis libuerit respondere/ &
contradicere/ non modo his in sua opera scriptis: sed
etiā cæteris; quæ (nec arroganter dictū existimariue/
lim) præ manibus passim habentur: ꝑgratū mihi fa/
cerent. Tunc si ipsis cordi esset (ut solet) me Symiam
in Theologia/aut iumentū/uel pecus: Tunc sanctoꝝ

hominũ documenta imitari nitar / ad Christũ Iesum me cõuertens:& cũ Propheta loquar: Vt iumentũ factus sum apud te:& ego semper tecũ. Si capistrabunt (ut uerbo illoꝝ utar) diceretn gressum meũ ꝓpterea fore firmiorẽ/& tutiorem. Nam effrenata bestia/& sine capistro/piculoso uagat̃ gradu/& assessorem facile prosternere solet: Capistro aũt ducta/foueam uitat: recta incedit uia: sub iugo facile quiescit/colitq; uineam quã dñs plantauit. Quorsum hæc oĩa? ut intelligant Astrologi me inscripsisse hæc/ non aliquo liuore/ aut ostentatione/ siue (ut pleriq; solẽt) ambitione ductũ: sed ueritate/ & amore in sanctã matrem Ecclesiam/ac etiam obedientia erga S. dñm nostrũ Leonem Pont. Max. cuius iussu id mihi iniunctũ fuit: ut mentẽ uidelicet meam quoq; in hac re explicarem: In quo exequẽdo retributio multa est apud deũ. Tũc nr̃a oĩum pia altercatione (si cum caritate fuerit) & Christifideles magis edificabũtur: & nostrũ exercitiũ deo acceptius:& S. dño nostro Leoni Pont. Max. ac Sacrosancto Lateraneñ. Concilio gratius efficietur. Et bene ualete Astrologoꝝ famatissimi Principes: Vos inquã & qui Pascha nostrũ alterari satagatis:& Festa totius Anni cum Calendario cõmutari/ ea semper ualitudine: quam queatis exoptare fœlicius q̃ est in Christo Iesu dño nostro.

¶Finis.

¶ Folio·iiii·facie·i·ubi eſt·& nõ erat uir mecũ·ex alio paſſu ſacræ ſcripturæ habetur · Fol·vi·fa·i·ubi pred· poſt· ubi exametro exameron eſſe debet · fa·ii· idem· poſt minutas obuolui nolo·Fol·ix·facie·i·ubi fediſſimas fęliciſſimas·facie·ii·ubi incerte incurrere·ubi primus ſciamus· ubi conſumpt cõiunctionis multotiés fa·ii· ubi tanq̃ inq̃· Folio·xv·ubiſcilicet bis debet eſſe Spiritusſanctus·ubi remitã remotam· Fol·xviii·ſa·i· ubi oẽs ſupſtitiones oẽm ſupſtitionẽ·Fol·xix·in·ante errorem· & poſt·& ſi· Fol·xxiii·fa·ii· ubi error·debemus·eſſe debet·Fol·xxiiii·fa·ii· ubi nititur nutritur· ubi practica ſecũdo loco practicas & exſpeculatiuas· & iaculo pro iaculor· Fol·xlix·facie·ii·ante poſſit· nõ Folio·lxvii·facie·ii·ubi quę quibus· In fine Apologię ſatagatis ſatagitis·Et fęlicius q̃·quę·Cętera ſi quę ſint pii *Lectoris* prudentiæ relinquũtur: Et quoniã nusq̃ eſt inuenire perſectũ zc·

¶ Impræſſum Romæ in Campo Floræ per Marcellũ Silber/als Franck: Anno Chriſtianæ ſalutis·M·d·xv· Idibus Maii: optimi/& imprimis Catholici uiri Ioannis Vilar Roſilioneñ· Reuerendiſſimi d·Cardinalis ſanctorꝝ Quatuor obſequiis inſiſtentis / Chriſtianorꝝ omnium cõmoditati feruentiſſime cõſulentis opera & impenſis·

¶ Chriſto Ieſu ſemp benedicto laus / & gloria ſempiterna Amen·